LINGUÆ LATINÆ EXERCITATIO.

Joan. Lod. Vive

AUTHORE.

Disce puer, linguæ quæ sunt abstrusa Latinæ:
Hic liber, aut nullus, quæ dabit apta tibi.



EDINBURGI,
Ex officinâ Societatis *Stationariorum*,
Anno Dom. 1661.

Jo. Lod. Vives Philippo *Caroli Cæſ. Aug. Fil. Hæredi optimam mentem.*

LAtinæ linguæ permagnæ ſunt, & ad loquendum, & ad rectè ſentiendum, utilitates: Eſt enim ea velut theſauri quidam omnis eruditionis, quoniam magni & præſtantia ingenia Latino ſermone diſciplinas omnes conſcripſerunt: ad quas nemo poteſt pervenire, niſi per linguæ illius cognitionem. Quam ob cauſam non gravabor, inter majorum ſtudiorum occupationes, hac quoque parte pueritiæ rudimenta adjuvare. Conſcripſi in uſum Latinæ linguæ primam loquendi exercitationem, quam pueris, ut ſpero, conducibilem, tibi principi puero viſum eſt dicare: cum propter patris tui benevolentiam erga me ſummam, tum quod in animo tuo ad rectos mores formandos optimè de Hiſpania, hoc eſt patria mea, merebor, cujus ſalus ſita eſt in tua probitate ac ſapientia: Sed hæc à Joanne Martino Siliceo, inſtitutore tuo, & copioſiùs audies & crebriùs.

SUR-

SURRECTIO MATUTINA.

Beatrix puella, Euſebius, Emanuel.

JEſus Chriſtus exuſcitet vos à ſomno vitiorum. Heus pueri, eſtiſne hodie evigilaturi? Eu. Neſcio, quid incidit mihi in oculos, ita videor eos habere plenos arenæ. B. Hæc eſt tua prima cantio matutina, & benè vetus: aperiam fenestras haſce ambas, ligneam & vitream, ut feriat clarum mane veſtros amborum oculos. Surgite, ſurgite. Eu. Tam multo mane? B. Propior eſt meridies quàm aurora. Vis, tu Emanuel, recentem ſubuculam? Em. Nihil nunc eſt neceſſe. hæc eſt ſatis munda, cras ſumam alteram. Cedo mihi thoracem. B. Quem? ſimplum? an diploidem? Em. Quem voles, mea nihil refert. Porrige huc ſimplum, ut, ſi ſim hodie luſurus pila, minus graver. B. Hic eſt ſemper tuus mos: prius de luſu cogitas, quàm de ſchola. Em. Quid tu dicis, inepta? & ſchola ipſa vocatur ludus? B. Ego non intelligo veſtras grammaticationes & ſophiſmata. Em. Da ligulas aſtrictorias coriaceas. B. Fractæ ſunt: accipe ſericas, & ſic juſſit tuus pædagogus. Quid jam? vin femoralia & tibialia? quoniam eſt æſtus? Eu. Minime vero, dato fœminicruralia: quæſo, conſtringe me. B. Quid? tu habes brachia fœnea, aut butyracea? Em. Non, ſed filio tenui conſuta. Hui! qualia dediſti mihi aſtrigmenta exarmata, & lacera. B. Memineris! te heri alcâ perdidiſſe integra. Em. Quî ſcis? B. Ego per rimulam oſtii obſervabam te cum Guzmanulo ludentem. Em. Ambao, ne id pædagogus reſciſcat. B. Imo ego narrabo quum primum appellâris me deformem, ut ſoles. Em. Quid, ſi rapacem? B. Quid

vis, modo ne deformem. Em. Cedo calceos. B. Utro longo obstragulo an brevi? Em. Tectos, propter lutum. B. Propter lutum aridum, quod alio nomine vocatur pulvis. Sed bene facis: nam in apertis cingulum est fractum, & fibula amissa. Em. Indue, rogo. B. Tu ipse facito. Em. Non possum me flectere. B. Tu quidem facile te curvares, desidia verò tua difficilè an deglutisti ensem, ut circulator ille nudius quartus? adeone es jam delicatus? quid facies grandior? Em. Astringe nodo laxo gemino: quod est elegantius. B. Nihil minus: solveretur nodus ilico, & decideret tibi calceus è pedibus: præstat vel gemino astricto, vel astricto & laxo. Sume tunicam manicatam & cingulum textile. Em. Minime id quidem, sed coriaceum venatorium. B. Mater verat: vis tu omnia arbitratu tuo facere? & tu heri fregisti aciculam fibulæ. Em. Non poteram alioqui exfibulare. Da ergo illud puniceum ex lino. B. Cape, cinge te cinctu Gallico, pecte caput prius radiis rarioribus, tum densioribus, aptà pileum vertici, ne in occipitium rejicias more tuo, aut in frontem & oculos. Em. Prodeamus jam tandem. B. Quid? illotis manibus, & facie? Em. Istâ tuâ tam molestâ curiositate taurum jam enecasses, nedum hominem: videris mihi non puerum vestire, sed sponsam. B. Eusebi, affer pollubrum cum urceolo, funde altius: stilla potius ex epistomio quàm profundas: elue sordes istas ex nodis digitorum: ablue os, & gargariza: frica bene cilia & palpebras, tum glandulas sub auriculis duriter: cape linteum, exterge te. Deum immortalem! de omnibus es sigillatim admonendus, nihilne ipse tuâ sponte faceres? Em. Vah! nimium es importuna, & odiosa. B. Et tu nimium scitus puer, ac formosulus. Deosculare me: flecte jam genua, & recita precationem Dominicam, & preces alias, ut est tibi in more, antequam pedem ponas extra cubiculum. Vide, mi Emanuel, uti de re nullâ aliâ cogites, dum oras. Mane paulisper, appende sudariolum hoc de zonâ, ad nares emungendas. Em. Sumne satis ad arbitrium tuum compositus? B.

Es. Em. Ad meum minime; quoniam jam tandem ad tuum: Ausim facere sponsionem, me horam unam vestiendo consumpsisse. B. Quid si vel duas? quo eras alioqui iturus? quid acturus? fossurus, credo, aut araturus. Em. Quasi desit, quod agam. B. O magnum virum! vehementer in nihil agendo occupatum? Em. Non hinc abis cavillatrix? abi, aut ego te abigam hoc calceo, aut calanticam tibi detraham de capite.

PRIMA SALUTATIO.

Puer, Pater, Mater, Isabellula.

SAlvus sis, mi pater, salve, mea matercula: precor vobis felicem hunc diem, germanuli: propitium vobis opto Christum sororculæ. Pa. Mi fili, sospitet te Deus, evehat ad ingentes virtutes. M. Servet te Christus, mea lux. Quid agis mea dulcedo? quid vales? quomodo nocte hac quievisti? Pu. Rectè valeo, & placide dormivi. M. Christo gratia: propitium hoc velit tibi esse. Pu. Ad mediam tamen noctem excitatus sum è dolore capitis. M. Me perditam & miserrimam! quid narras? quâ parte capitis? *P.* Ad brechma. M. Quàmdiu? P. Vix octavâ parte horæ postea redormii, nec sensi amplius. M. Respiravi: nam exanimaras me. Pu. Benè sit tibi. Isabellula, para mihi jentaculum, Ruscio, Ruscio, huc canicule festivissime: en ut cauda adulatur! ut se in posteriores pedes erigit! quomodo habes? quomodo vales? Heus tu, affer panis buccean unam aut alteram, quàm ei demus: videbis lusus scitissimos. Non esuris? nihilne ediisti hodie? profecto plus est in cane isto intelligentiæ, quam in illo mulione crasso. Pa. Tulliole mi, lubet mihi tecum paulisper confabulari. Pu. Quid mi pater? Nam nihil mihi accidere potest suavius, quàm te audire. Pa. Hic tuus Ruscio est bellua, an homo? Pu. Bellua, ut credo. *Pa.* Quid tu habes, cur sis homo: non ille? tu edis, bibis, dormis, ambulas, cursitas, lusitas: hæc ille omnia. *Pu.* Atqui ego sum

homo. Pa. Quomodo id cognoscis? quid tu nunc bes plus quàm canis? sed hoc interest, quod ille n potest homo fieri: tu potes, si vis. *Pu.* Obsecro, pater, effice id primo quoque tempore. Pa. Fiet, cas, quo eunt, belluæ, redeunt homines. Pu. Ibo, p ter, multo libentissimè, sed ubi id est? *Pa.* In ludo li teratio. *P.* Nulla est in me ad rem tantam mora. Pa Nec in me. Isabellula, audin'? da huic jentaculum i cistellam I. Ecquid nam? *Pa.* Frustrum panis bu tyro illitum, vel ficus aridas, aut uvas passas pro op sonio, sed insolatas: nam alteræ illæ viscosæ insicium pucrorum digitos & vestes: nisi malit cerasa aliquot vel pruna aurea, & oblonga: insere brachiolum cistel læ, ne excidat.

DEDUCTIO AD LUDUM.

Pater, Puer, Propinquus, Philoponus, Ludimagister.

COmmenda te Christo. *P.* Duc nos, Jesu Christe sapientissime dementes, potentissime imbecilles Pa. Quæso, mi Propinque, tu qui es versatus in studi literarium, ecquis est in hoc gymnasio optimus instr tutor puerorum? *Pr.* Doctissimus quidem Varro sed diligentissimus, & vir probissimus Philoponus, ne eruditionis aspernendæ. Habet Varro scholam fre quentissimam, & domi numerosum gregem contuber nalium. Philoponus non videtur delectari turba, pau cioribus est contentus. *Pa.* Hunc malo. Ellum in por ticu gymnasii inambulantem. Fili, hoc est formator um, & quasi officina hominum, & hic artifex formandi Adsit tibi Christus, Magister. Aperi caput, puer, flecte poplitem dextrum, sicuti es doctus: sta ja rectus. *Ph.* Prosperus sit nobis omnibus tuus adve tus: ecquid rei est? *P.* Hunc filiolum meum ad adduco, ut ex bellua hominem facies. *Ph.* Dabo in ea rem operam sedulam: fiet, revertetur ex pecude ho mo, ex nequam frugi & bonus: id verò ne dubitaveri *Pa.* Quanti doces? *Ph.* Si puer bene proficeat, vil

n parum, carè. Pa. Acutè hoc dicis, & ſapienter, ut mnia. Partiamur inter nos igitur hanc curam, tu, ut alulo inſtituas, ego, ut benigne compenſem tuam peram.

EUNTES AD LUDUM LITERARIUM.

Cerratus, Prætextatus, Titivillitium, Vetula, Tereſula, Oluſcularia.

VIdetur tibi tempus eundi ad ludum? P. Plane tempus eſt, ut eamus. C. Non ſatis teneo viam, credo eſſe in illo vico proximo. P. Quoties illuc iraſti? C. ter aut quater. P. Quando cœpiſti eò itare? C. Nudiuſtertius, ut puto, aut quartus. P. Quid igitur? an non id ſatis eſt ad noſcendam viam? C. Non, etiamſi eam centies. P. Ego vero, vel ſi ſemel, nunquam deinceps aberrarem. Sed tu vadis invitus, & ambulas luſitans, nec viam aſpicis, nec domos, nec ulla ſigna, quæ te poſtea admoneant, qua ſit flectendum, quæ via tenenda. Ego hæc omnia obſervo diligenter, quia lubens eo. C. Puer hic habitat in proximo ſchola. Heus tu, Titivillitium! quà itur ad ædes tuas? Ti. Quid vis? venis à matre tuâ? mater mea non eſt domi, ac ne ſoror quidem: amba ſunt profectæ ad divæ Annæ: C. Quid illic agitur? T. Heri fuerunt encænia: hodie invitavit eas mulier quædam caſcaria ad edendum lac coagulatum. C. Et tu cur non es unà profectus? Ti. Relictus ſum hic, ut ſervem domum: frater meus puerulus abductus eſt ab eis illuc: ſed pollicitæ ſunt mihi, ſe de reliquiis allaturas in quaſillo. C. Quin tu igitur manes domi? Ti. Continuo revertar: nunc prodeo luſum talis cum filio hujus cerdonis. Vultis & vos venire? C. Earus ſodes. P. Minime vero id quidem. C. Quid ni? P. Ne vapulemus. C. Ah? non memineram. Ti. Non vapulabitis. C. Quî ſcis? Ti. Quia magiſter veſter perdidit, heri ferulam.

C.

C. Hem, quomodo noſti? Ti. Hodie de domo noſ
audiebamus ejus vociferationem quærentis ferula
C. Amabo ludamus parumper. P. Tu ludito ſi vi
ego ibo ſolus. C. Ne me apud præceptorem, quæſ
deferas: dic me detineri domi à patre. P. Vis me
tiri me? C. Quidni, propter ſodalem? *P.* Quia i
Templo audivi concionatorem affirmantem, mendace
eſſe filios diaboli, veraces Dei. C. Diaboli vero? apage
Per tu filium ſanctum ab inimicis noſtris libera no
Deus noſter. *P.* Non potes liberari, ſi ludas quum e
diſcendum. C. Eamus: tu valeto. Ti. Hui! pueri iſ
non audent pauliſper ludere, alioqui cædendi. P. Ill
eſt puer perditus, & evadet ſceleratus vir. Sed quo
modo elapſus eſt nobis? nec rogavimus, quà eſſet vi
ad ludum, revocemus. C. Abeat in malam rem, nol
ſit mihi rurſum incitamento ad luſum: percontabi
mur ab hac vetulâ, Mater, nôſtine qua itur a[illegible] holam
Philoponi? Vet. Juxta eam ſcholam habitavi ego
ſex annos: è regione peperi filium natu maximum,
& filias duas, tranſite plateam hanc villæ raſæ; inde
eſt angiportus; tum platea domini Veterani; hinc
ſtectite ad dextram; tum ad ſiniſtram: ibi percontamini, non procul abeſt ſchola. C. Vah! non poteri-
mus omnia retinere. V. Tereſula, deduc iſtos ad lu-
dum Philoponi: nam mater hujus eſt quæ dabat no-
bis linum pectendum & nendum. Te. Quid (malum)
Philiponi? Quid hominis eſt hic Philoponos? quaſi
ego nôrim, loqueriſne de illo qui reſuit calceos juxta
cauponam viridem? an de præcone in vico Gigantis,
qui alit equos meritorios? V. Sat ſcio, nunquam tu
nôſti ea quæ ſunt opus, ſed ea quæ ad rem nihil faciunt.
Inertiſſima, Philoponus eſt ludimagiſter ille ſenex,
procerus, luſcioſus è conſpectu ædium quas olim habi-
tavimus. Te. Ah! jam redit in memoriam. V. In re-
ditu tranſi per macellum, & eme acetarium, & raphanum & ceraſa, cape fiſcellam. Ci. Duc nos etiam per
forum olitorium. Te. Hac ibitis brevius. Ci. Nolu-
mus iſthac ire. T. Qui ſic? Ci. Quia momordit me il-
lic canis ex domo piſtoris: quin & volumus te comi-
tari

ari ad forum. Te. Revertens faciam iter per macel-
um: nam procul adhuc abſumus & emam quæ ſum
uſſa poſtquam reliquero vos in ludo. C. Nos cupimus
idere, quanti emes ceraſa. T. Numis ſenis emimus
ibras ſingulas: ſed quid ad te? Ci. Quia ſoror juſſit
ne hodie mane ſciſcitari, & eſt illic vetula quædam
luſcularia, de quâ ſi emeris, ſcio eam & venditurum
minoris quàm aliàs, & daturam nobis vel ceraſa aliqua,
vel thyrſum lactucæ: nam filia ejus miniſtravit ali-
quando matri & ſorori meæ. Te. Ne diſpendium hoc
riæ conſtet vobis flagris aliquot. C. Minimè verò:
nam ſatis veniemus tempori. Te. Eamus: tantulum
deambulavero, quæ miſera conſumor ſedendo domi
otos dies. P. Quid facis? an tantum ſedes ocioſa? Te.
Ocioſa vero? minimè certè id quidem: neo, conglo-
bo, glomero, texto, putas vetulam noſtram paſſuram,
ut ocier? feſtos dies execratur, in quibus eſt ceſſan-
dum. P. Feſti dies num non ſunt ſacri? quomodo er-
go execratur illa rem ſacram? vult ne ipſa execrari,
quod eſt ſacrum conſtitutum? Te. Cenſen'me didiciſſe
Geometriam, ut hæc poſſim vobis ediſſerere? C. Quid
rei eſt Geometria? T. Ego neſcio, nos habebamus vi-
cinam, quæ vocabatur Geometra: hæc ſemper vel
erat ipſa in Templo cum Presbyteris, vel Presbyteri
domi ejus cum illa: itaque erat, ut ferebant ſapientiſ-
ſima Sed ventum eſt in forum oblitorium: ubi eſt
tandem veſtra vetula? C. Id ego circumſpiciebam.
Sed eme ab hac, ea lege, ut nobis det aliquid corollarii.
Heus amita, puella hæc emet de te ceraſa, ſi aliqnot
nobis donaveris. O. Nihil mihi donatur, omnia ven-
duntur. C. Nec ſordes iſtæ donantur tibi, quas habes in
manibus & collo. O. niſi procul hinc abis impudenticu-
le, has ſordes ſentient genæ tuæ. C. Quomodo ſentient
meæ genæ quum tu habeas in tuis manibus? O Redde
ceraſa, fui uncule. C. Sumo exemplũ: nam volo emere.
O. Eme igitur. Si placuerint, quanti? O. Numo libram.
C. Ah, acerba ſunt, tu anus venefica, vendis hic popu-
lo ceraſa ſtrangulatoria. Te. Abeamus hinc ad ludum:
nam vos argutiis veſtris intricaretis me, & detine-

retis

retis diu. Jam, ut puto, mea vetula furit dom
moram meam. Hoc est ostium, pulsate.

LECTIO.

Præceptor, Lusius, Æschines, Pueri.

PRæc. Cape tabellam abecedariam manu finistrâ
radium hunc dextrâ, quo indices singula elem
ta, sta rectus, pileum pone sub axilla, audi attent
mè, quemadmodum ego has literas nominabo: spe
diligenter, quo gestu oris Vide, ut eodem, prorsu
modo reddas, quum reposcam, Sis mecum. Jam a
disti. Sequere nunc me sigillatim præeuntem. Te
probè? L. Videor mihi sic satis Pr. Unaquæque is
rum vocatur litera: ex his quinque sunt vocal
a, e, i, o, u, quæ sunt in vocabulo Hispano *Oveia*, q
est *ovis*: memineris hujus verbi. Hæc cum unaq
libet, vel pluribus aliarum, syllabam efficit: sine v
cali non fit syllaba, & vocalis ipsa non raro est syll
Itaque aliæ omnes consonantes nominantur: quæ
se nihil sonant, nisi adhibita vocali. Habent enim
num quendam imperfectum & mancum, *b, c, d, g,* q
sine *e*, parum sonant. Jam ex syllabis fiunt voces s
verba: ex his sermo, quo belluæ omnes carent: n
tu à bellua differes, ni probè sermonem discas. Evig
& nava sedulam operam. Ito, sede cum tuis condi
pulis, & ediscе, quæ præscripsi. L. Non ludemus h
die? Æ. Non: nam dies est operarius. Eho! tu
nisse te huc arbitraris lusum? non est hic ludendi
cus, sed studendi. L. Cur ergo ludus nominatur?
Nominatur quidem ludus, sed literarius: quia lite
est hic ludendum, alibi pila, trocho, talis: & Gra
audivi appellari scholam, quasi ocium: quod ver
sit ocium & animi quies, ætatem in studiis agere. S
ediscamus, quæ injunxit institutor, summisso m
mure, ne alii aliis simus impedimento. L. Avun
lus meus, qui aliquando dedit operam literis Bonon
docuit me, melius memoriæ infigi, quæ velis, si alt
pronuncies. idque confirmari auctoritate nescio cu

inii. Æ. Si quis ita velit ediſcere ſuas formulas, in rtos ſecedat, aut in cœmiterium Templi: ibi cla- et licet: quoad excitet mortuos. C. Pueri, hoccine ediſcere? garrire, jurgari. Agite, convenite ad aceptorem omnes juſſu ejus.

EDITUS DOMUM, ET LUSUS PUERILIS.

Corneliola, Mater, Tulliolus, Scipio, Lentulus, Puella.

Orn. proſperè redieris, Tulliole: libet pauliſper luſitare? T. Nondum: ſtatim. C. Quid habes gotii? T. Recolere, quæ magiſter memoriæ ut mmendarem mandavit. C. Quæ tandem? T. Aſpice. Hui! quæ notæ ſunt iſtæ? credo eſſe formicas de- ctas: mea mater, quot formicas & culices adfert lliolus pictos in tabella? T. Tace inſana; ſunt li- ræ. C. Quæ vocatur hæc prima? T. A. C. Cur ima eſt magis, A. quam hæc altera? M. Cur tu ma- s es Corneliola, quàm Tulliolus? C. Quia ſic vo- r. M. Et illæ literæ ad eundem modum. Sed ito m luſum, mi fili. T. Hic pono tabellam meam & ra- um: ſi quis attigerit, vapulabit à matre; nonne mea atercula? M. Etiam, mi fili. T. Scipio, Lentule, eſte luſuri. S. Quam luſionem? T. Nucibus lude- us ad conjectum ſcrobiculi. L. Non habeo nuces ſi paucas, & eas quaſſas ac putres. S. Ludamus pu- minibus nucum. T. Quid mihi ea proderunt etiam lucrer viginti? nullus eſt intus nucleus quem edam, Ego vero dum ludo non comedo: ſi quid volo medere, matrem adeo. Iſta nucum putamina ſunt ta ad extruendas formicis ædiculas. L. Ludamus r impar aciculis. T. Adfer potius talos. S. Adfer, ntule, L. Ecce vobis tali. T. Quam ſunt pulveru- nti & immundi, nec ſatis purgati à carne & politi! cias. S. Pro primatu ludendi: T. Ego ſum primus. uid ludimus? S. Aſtrigmenta. L. Ego nolo mea per-

dere:

dere: nam domi cæderer à pædagogo. T. Qui
ergo perdere, si vinceris? L. Talitra. M. Quæ es
humi abjectio? (deteritis vestes omnes & calce
tum loco immundissimo? quin verritis prius pavi
tum, & sederis? affer scopas. T. Quæ erit igitur s
sio? S. Aciculæ in singula puncta. T. Imo binæ
Eo non habeo aciculas: deponam si vultis, pedu
los ceraforum pro aciculis. Tu. Apage, ludamus
& tu, Scipio. S. Ego ausim sorti meas aciculas cred
T. Da mihi talos in manum, ut jaciam primus: en
sponsionem. S. Minimè vero: nam non ludebas se
T. Quis unquam ludit seriò? ceu dicas album nigru
S. Cavillare, quantum voles: non auferes modò
culas. T. Age, remitto tibi hanc manum; ludam
jam pro præmio: adsit dextera sors. S. Victus es.
Auferto. L. Cedo talos. T. In hunc jactum omn
L. Non recuso. P. Ad cœnam, pueri: nuncquam
facturi estis ludendi finem? T. Nunc incipimus: i
jam de fine loquitur. C. Ludi hujus jam tædet: lu
mus calculis discoloribus. T. Pinge tu nobis orbes
hoc latere, carbone, aut gypso. S. Ego malo cœna
quàm ludere: & discedo aciculis meis omnibus ex
tus fraude vestrâ. T. Memineris te heri Cethegu
spoliâsse. Nullus ubique potest felici ludere dext
C. Adfer quæso, folia lusoria, quæ invenies sub aba
ad sinistram. S. Aliàs id quidem: nunc non vaca
nam, si diutius morer, timeo ne pædagogus meus i
tus, incœnem me mittat cubitum. T. Tu Cornelio
habe nobis parata folia isthæc in crastinum sub hora
vesperam. C. Si licebit nobis per matrem, satius
nunc ludere, dum sinimur. S. Satius est nunc cœna
dum acersimur. P. Et mihi nihil datis quæ vos spe
vi? C. Daremus, si judicasses: da tu nobis pot
quæ nostris lusionibus te delectâsti. P. Heus pue
quando estis venturi! cœna est semicomesa, p
pè est, ut, sublatis carnibus, apponamus case
& poma.

RÉ

REFECTIO SCHOLASTICA.

Nepotulus, Piſo, Magiſter, Architriclinus, Lamia, Florus, Anthrax, Hypodidaſcalus.

VIvitiſne hic lautè? P. Quid iſthuc verbi eſt? lavamus quotidie manus ac faciem, & quidem crebro. Munities enim corporis & ſanitati & ingenio confert. N. Non id quæro: ſed, an edatis & bibatis ex animi veſtri ſententia? P. Nos non edimus ex animi ſententia, ſed ex palati ſententia. N. Dico an ut vultis? P. Maximè, nempe cum fame: & qui vult, edit: qui non vult, abſtinet. N. Surgitis à menſa famelici? P. Non omnino ſaturi: nec expedit. Belluarum enim eſt expleri, non hominum. Regem quendam ſapientiſſimum narrant nunquam ſine appetitu accubuiſſe, nunquam ſurrexiſſe ſaturum. N. Quid editis? P. Quæ habemus. N. Putabam, vos eſſe quæ non habeatis. Sed quæ ſunt iſta tandem, quæ habetis? P. Moleſtum percontatorem! quæ dantur. N. At quæ dantur? P. Jentamus de manè, ſeſquihora, poſteaquam ſurreximus. N. Quando ſurgitis? P. Fere cum ſole, qui eſt dux Muſarum, & aurora gratiſſima Muſis. Silatum noſtrum eſt fruſtum panis autopyri: & paululum butyri, aut fructuum aliquid, quales anni tempus ſuppeditat. Prandium, olus coctum, vel pultes in pultariis aliquid pulmentarii carnium. Rapæ modò, modò braſſicæ, amylum, ſimilago, oryza: tum diebus piſculentis lac ſeroſum in gabatis, quo ſit butyrum expreſſum, injectis aliquot turundis panis: piſcis recens aliquis, ſi ſit in foro piſcario cretii tolerabilis: ſin ſecus, ſalſamentum, probè maceratum, hinc piſa, aut cicera, aut lentes, aut fabæ, aut lupini. N. Quantum cuique ex his? P. Panis quantum avemus; opſoniorum quantum eſt ſatis, non ad explendum, ſed ad alendum. Ampliſſimas epulas alibi quærito, non in ſchola, ubi ad virtutem formantur animi. N. Quid bibitis? *P.* Alii frigidam & liquidam, alii cervisiã tenuem, pauci & rarò vinum, & bene dilutum.

Merenda est, seu (si id mavis) antecœnium, aliquid
nis & amygdalarum, seu avellanarum, ficuum arida
uvarum passarum: aut, si sit æstas, pyrorum aut m
rum, cerasorum, aut prunorum. Quum vero a
gratiâ rus proficiscimur, tum edimus lac, vel li
dum, vel coactum, caseum recentem, cremorem, l
nos lixivio maceratos, pampinos & alia, quæ villa
gerit. Cœnæ caput est acetarium concisum, sale as
sum, irroratum oleo olivarum ex gutto, aceto et
infuso. N. Quid? oleo nucum, aut raparum? P. A
ge rem insuavem & insalubrem: tum in lata parop
aulicoctia vervecina, jurulenta cum prunis passis,
radiculis, aut herbulis, quæ sint pro intrito: interd
tucetum saporis scitissimi. N. Quo condimento? P.
me, omnium optimo & rapidissimo: hinc certis die
hebdomadis aliquid assi, potissimum vitulinæ, hœdi
interdum in vere pro secunda mensa raphani per
sillum, & casei non putris, nec veteris, sed recentis,
est, quam vetus, alibilior: pyra, mala persica, cydon
Diebus, queis carne fas non est vesci, habemus pro c
nibus ova assa, aut frixa, aut elixa, singula per se,
in libum commista in sartagine, aceto, aut omphac
non tam infuso, quam instillato: paululum interd
piscium; & caseo succedunt nuces. N. Quantum c
que? P. Bina ova singulis, & binæ nuces. N. Qu
à cœna nunquamne comessamini? P. Sæpius. N. Qu
quæso? nam id est suavissimum. P. Convivium S
apud Terentium, aut aliquod aliud ex illis lautissi
Athenæi, aut similium, quorum meminerunt histori
Utrum censes, nos porcos esse an homines? qui v
triculi, quæ valetudo sufficeret, post quaternas refe
ones comessari? Heus tu! schola hæc est, non sagin
um: Dicunt etiam nihil esse perniciosius valetud
quam bibere, quum statim sis iturus cubitum. N. Li
bitne cœnæ vestræ interesse? P. Facilè, modò veniâ
titâ à præceptore; quam scio illum daturum non
vatè: nam solet. Alioqui pravæ esset educationi
gerere te cõvivio, Magistro inscio, & qui te adduce
nihil aliud quam probrum & pudorem contrah
a

pud condiſcipulos. Mane pauliſper. Magiſter, licetne, cum bonâ tuâ venia, puerum quendam mihi otum adhibere noſtæ cœnæ? M. Maximè: non erit oleſtus. *P.* Habeo gratiam. Hic quem vides geſtanem mantile pro focali, eſt Architriclinus hujus hebomadæ: nam hebdomarios habemus hic Architriclios, ut reges. Ar. Lamia, quota eſt hora? L. Horas on audivi à tertia, intentus compoſitioni epiſtolæ. lorus melius id nôrit, qui toto hoc pomeridiano tempore librum non vidit, neque chartam. F. Amicum ſtimonium, & apud Magiſtrum iratum valde utile. ed quî potuiſti tu id animadvertere, immerſus (ut is) compoſitioni epiſtolari? planè malevolentia te oëgit mentiri. Gaudeo profecto, inimicum meum pro endaci haberi: Si quid me poſthac voluerit calumniri, carebit fide. Ar. Non potero alicundè cognoſcere e horâ? Anthrax, tranſcurre ad divi Petri, & inſpice oras. An. Index ſignat jam ſextam. Ar. Sextam vedò? Eia pueri agite, eia, conſurgite, abiicite libros: vel uo cervi cornua. Parate menſas, inſternite, apponite edilia, mantilia, orbes, quadras, panem: dicto citius olate, ne tarditati noſtræ inſtituror ſuccenſeat. Prone tu cerviſiam tu hauri aquam de ciſterna, appone cyphos. Quid iſthuc rei eſt? tam obnubilatos affers? efer in culinam, ut famula eos fricet, & extergat prodè, quo ſint nitidi & fulgentes. P. Nunquam tu hoc erfeceris, quamdiu ſimiam hanc habebimus miniſtrã ulinariam: nunquam audet fortiter confricare, quæ nundat, ita timet ſuis digitis, nec abluit, niſi ſemel, & epidâ. Ar. Quin admones de eo præceptorem. *P.* Saius eſt queri apud famulam atrienſem: nam in ejus anu eſt, mutare famulas culinarias. Sed eccum præceptorem. Tu ipſe perluito hos calices, frica folio fici, el urticis, arena, aqua, ne quid hodie habeat Magiſter ure reprehendendum. M. Sunt parata omnia? eſt aliquid, quod nos remoretur? Ar. Nihil omnino. M. Ne oſtea facturi ſimus intervalla magna inter miſſus. Ar. Miſſus vero? miſſum potius dixeris, & eum exiguum. M. Quid tu muſſitas? Ar. Dico, ut aſſideas, eſſe tempus,

& propemodum corrumpi cœnam. M. Pueri, abl
omnes manus & os. Vah, quod mantile? qui hic se
tergunt, ubi mundantur? curre, affer aliud purius.
deamus more solito. Est is puer conviva noster. P.
here. M. Cujas est. P. Flander. M. Ex qua urbe il
provinciæ? P. Brugis. M. Recipe illum supra te. Ex
diat quisque cultellum suum, & purget quisque su
panem, si quid hæret vel cineris, vel carbonum in
sta. Sacret mensam, cujus est munus hac hebdom
F. Pasce animos nostros, Christe, charitate tua,
benignitate tuâ alis vitas omnium animantium: s
cta sint, Domine, hæc tua munera nobis sumentibus
tu, qui ea largiris, sanctus es: Amen. M. Sedete, qu
tum licet, laxè, ne comprimatis mutuò: quando
dem est satis loci. Et tu habes cultellum, Brugensis.
Prodigium! Flander sine cultello, & quidem Brugen
ubi cuduntur optimi. N. Mihi vero cultello nihil
opus, dentibus frangam mordendo, vel digitis bucc
latim comminuam. H. Ferunt illud de morsibus t
gingivis, tum candori dentium esse perutile. M.
feciſti Latinæ linguæ tyrocinium? nam non videris m
pravè institutus. N. Brugis, sub Joanne Theodoro N
vio. M. Viro diligenti, docto, probo. Brugæ eleg
tissimæ, nisi quòd pereunt indies vitio plebis profu
simæ: quod dolendum est, Quàm pridem illinc veni
N. Nudius sextus. M. Quam nuper cœpisti studere?
Ab hinc annos tres. M. Non potest te profectus p
nitere. N. Merito: nam & habui Magistrum non poe
tendum. M. Sed quid agit Vives noster? N. Dicunt e
agere athletam, non tamen athleticè. M. Quid ist
rei est? N. Quia luctatur semper, sed parum fortit
M. Cum quo? N. Cum suo morbo articulari. M. O
ctatorem dolosum, qui primum omnium invadit ped
H. Imo lictorem sævum, qui totum corpus constri
git. Sed tu quid agis? quid cessas? videris huc spect
veniisse, non cœnatum. Nemo vestrum attingat pile
inter cœnandum, ne quis capillus involet in patin
Cur non tractatis hospitem comiter? H. Nepotu
præbibo tibi. N. Præceptor, excipio animo libenti
m

no. H. Exinanias calicem tuum, quandoquidem exiguus haustus restat. N. Hoc esset mihi novum M Quid? non exinanire? sed tu, hypodidascale, quid dicis? quid offers novi super cœnam? H. Ego vero nihil dico, sed nisce duabus horis multa cogitavi de arte grammatica. M. Quæ tandem? H. Recondita sanè, & ex penetralibus disciplinæ: Primum, cur grammatici posuerunt tria genera in arte, quum sint tantum duo in natura? aut cur natura non producit res neutrius generis, sicut masculini & fœminini? non possum causam exculpere tanti mysterii. Deinde, philosophi dicunt, esse tantum tria tempora: ars nostra ponit quinque, ergo ars nostra est extra rerum naturam. M. Imo tu ipse es extra rerum naturam: nam ars in rerum naturâ est. H. Si ego sum extra rerum naturam, quomodo possum comedere nunc panem, & has carnes, quæ sunt in rerum natura? M. Tanto tu deterior, qui venis ab altera rerum naturâ, ut comedas quæ sunt in hac nostra. H. παραφθεγμα ἐπροσδιόνυσον. Aliam ego vellem solutionem meatum quæstionum, Utinam haberemus nunc Palæmonem aliquem, aut varronem, qui has quæstiones posset profligare! M. Quin potius Aristotelem, aut Platonem. Habes aliquid alud? H. Heri vidi scelus capitale admitti. Ludimagister vici recti, capro olidior, qui in phrontisterio suo in pedore & fœtore docet auditores diobolarios, ter aut quater pronunciavit volucres accentu in penultimâ. Ego verò miratus sum terram illi non dehiscere. M. Quid aliud decebat talem ludimagistrum dicere? & est alioqui in formulis grammaticis valde detritus. Sed tu in re levi nimium tumultuaris, & facis tragœdiam ex comœdia, seu mimo verius. H. Equidem absolvi pensum meum: nunc tuæ sunt partes, dic tu vicissim aliquid inter cœnam. M. Nolo, ne tu mihi vicissim παραφθέγγης. Jusculenta hæc jam conglaciant: affer foculum mensarium. Excalfacite aliquantum priusquam panem intingatis. Raphanus hic non est esui, adeò est lentus, nec minus lentæ sunt radiculæ jusculentæ. H. Lentorem profecto non à macello attulerunt, sed hîc contraxerunt in nostro peno-

re,quâ cellâ nihil est penui incommodius. Nescio q
isthuc rei est: semper afferuntur huc ossa emedulla
M. Parum habent ossa medullarum sub lunam sil
tem. H. Quid quum est plena? M. *P*lurimum. H. T
vero ossa nostra habent minimum, seu nihil verius.
Non exorbet nobis medullas luna, sed nostra lam
Nimis hîc indidit piperis & zingiberis. Et in jure h
& in toto acetario, nimium menthæ, petroselini,
viæ, erucæ, nasturtii,hyssopi. Nihil puerorum,& a
lescentum corporibus æquè damnosum ac cibi qui
teriora cervesaciunt. An. Quibus igitur ex herbis v
les confici? M. Lactucis, buglossa hortensi, & por
laca, & petroselini aliquid admiscerì. Heus tu,Gang
se, ne extergas labra manu aut manica, sed simul ip
simul manum mantili: nam ideo tibi datur, Carnes
attingas, nisi ab ea parte, quam tibi es sumpturus.
Dromo,non animadvertis,te manicas tuas inficere p
gui carnium: reduc eas, si sunt apertæ, ad humeros:
non sunt, corruga, vel complica ad cubitum, quæ si
labuntur, affige acicula, seu, quod magis te decet, s
na. T. Tu dominaster delicatule, in mensam incumb
ubi id didicisti? in hara quapiam. Heus, subjicite e
cubito pulvillum. Architricline, vide, ne analecta h
pereant, reconde in promptuarium,tolle primum o
nium salinum, hinc panem, tum lances, discos, ma
lia, postremo mappam: mundet quisquè suum cult
lum, & reponat in vaginam. Heus tu, Cinciole,ne sc
pas dentes scalpello: nam est noxium: conficito t
dentiscalpium pennula, vel bacillo tenui acuminato:
scalpe modicè, ne gingivas scarifices, & sanguinem e
cias. Consurgite, & abluite manus,priusquam recite
gratiarum actio. Amove Mensam, voca ministram,
pavimentum hoc scopis verrat. Agamus Christo gra
as, præeat verba, qui sacravit Mensam. F. *P*ro ci
temporali gratias agimus, Christe Domine, tempo
rias. Fac ut pro immortalitate agamus æternas: Am
M. Ite lusum, & confabulatum, & deambulatum,
libuerit, dum licet per lucem.

GA

GARRIENTES.

Nugo, Turdus, Graculus, Bambalio.

ASsideamus in hac trabe: tu, Gracule, è conspectu, in saxo illo: modo ne impedimento sis, quò, mibàs cernamus prætereuntes: apricemur nos ad hunc parietem, egregiè soli ostentum. Quàm grandis truncus! & cui usui? T. Ut nos hic sedeamus. N. Oportet fuisse procerissimam & latam arborem, unde est sumptus. T. Quales sunt in India. G. Quî scis? fuisti tu in India cum Hispanis? T. Quasi scire aliquid de regione quapiam non possis, nisi in ea fueris. Sed dabo tibi autorem meum. Plinius scribit, in India crescere ad eam altitudinem, quæ non possint jaculo superari, & gens illa quidem sumptis non tarda pharetris, ut ait Virgilius. N. Scribit etiam Plinius, turmam equitum condi sub ramis. T. Nemo id miretur, qui scirpos illius regionis consideret, quibus infirmi fulciunt gradum, divites duntaxat G. Heus, quota est hora? N. Nulla: nam horarum tintinabulum nunc funditur: adfuisti? G. Non sum ausus: nam aiunt rem esse periculósam. N. Ego interfui, & vidi innumeras mulieres prægnantes transilire canalem fusionis, qui est sub terram conditus. T. Audivi, hoc illis esse salutare. G. Ea est egregius philosophia, ut dicunt: sed de hora quærebam. N. Quid tibi opus est hora? si quid vis agere, dum est opportunitas, est hora. Sed ubi est horologium tuum viatorium? G. Excidit mihi nuper, quum fugerem canem olitoris post decerpta pruna. T. Ego te currentem vidi de fenestra: sed quò te recepisses spectare non potui, quia impedimento mihi erat hortus pensilis, quem tibi mater affixit patre invito, & multum reclamante: mater vero, in proposito constans obtinuit, ne tolleretur. N. Quid tu? tacebas. T. Flebam tacitus: quid enim aliud agerem, dissentientibus mihi charissimis capitibus? tametsi mater jubebat me ab se stare, & clamare strenuè: sed mihi non erat cordi quicquam adversus patrem mutire. Ergo missus sum ad scholam quatuor continuis diebus injentatus à matre irata, & dejerante

rante, me non esse ex se natum, sed commutatum à
trice, de quo ait dicturam se nutrici diem apud præ
rem capitalem. N. Quid rei est prætor capitalis?
non prætor omnis habet caput. T. Quid ego scio?
illa dixit. G. Hem! qui sunt isti penulati & ocrea
N. Galli sunt. G. Quid? estne pax. T. Bellum nar
bant futurum & quidem atrox. G. Quid affe unt.
Vinum, N. Exhilarabunt multos. G. Scilicet, non
lum vinum exhilarat, sed vini mentio & recordatio.
Vinosos utique: meâ nihil refert, qui aquam bibo.
Nunquam facies bonum carmen. T. Nôsti illam mu
erem? G. Non, quænam est? T. Aures habet gossi
obturatas. G. Quid ita? T. Ne quid audiat: quia m
audit. N. Quam multæ pessimè audiunt auribus pat
tibus, & bene perforatis? T. Credo huc pertinere, qu
est apud Ciceronem in Tusculanis quæstionibus. S
daster erat Marcus Crassus: sed illud pejus, quod m
audiebat. N. Non dubium est, quin hoc ad infami
sit referendum. Sed heus tu Bambalio, inveniſti t
Tusculanas quæstiones? B. Etiam, apud propola
adeo interpolatas, ut non agnoscerem. N. Quis sur
puerat? B. Vatinius, quod illi malè sit. G. Vah hor
nem manibus aduncis & picatissimis! ne admittas
unquam ad tuas capsas, nec ad scrinia, si vis omnia
salva. Nescis illum crumenisecam existimari ab ho
nibus, & de crumenisecio accusatum apud gymnasi
cham? N. Soror puellæ illius enixa est heri gemell
G. Quid mirum? Mulier quædam viâ salariâ ad leon
galeatum, peperit nudius sextus tergeminos. N. P
nius dicit, ad septimum posse procedi. T. Quis vestr
audivit de uxore comitis Bataviæ? quam ferunt u
partu tot edidisse quot sunt in anno dies, ex impre
tione mendicæ cujusdam? G. Quid isthuc fuit de m
dica? T. Mendica hæc liberis onusta petiit ab hac
mite stipem: illa, ubi conspexit tot pueros convitio
lam abegit, scortum vocitans: negabat enim posse fi
ut ex uno viro tantam sobolem suscepisset. Inno
mendica precata est divos; ut si se castam & puram
rent, darent comiti ex marito suo tot fœtus uno c
cep

ɔtu, quot ſunt in anno dies. Et ita contigit: oſten-
urque propago numeroſa illa in oppido quodam il-
s inſulæ. G. Malo credere, quam exquirere, N. Om-
ſunt Deo poſſibilia. G. Imo vero facillima. N. Non
ſti illum onuſtum retibus, comitatum canibus, cum
ſia & peronibus, velientem cantherio ſtrigoſiſſimo?
Eſtne Mannius verſificator? N. Eſt plane. T. Quæ-
n tanta metamorphoſis. N. Ex Minerva tranſiit ad
anam, id eſt, ab honeſtiſſima occupatione ad inanem
ſtultum laborem. Pater ejus mercimoniis faciundis
xerat rem. Hic paternam artem dedecori ſibi eſſe
cit, vertit ſe ad alendos equos, & venationem, non
ter ratus poſſe nobilitatem generis venari. Nam, ſi
id ageret utile, non haberetur pro nobili. Sequitur
m venantem talis Curius, pereruditus homo, aleator
moſiſſimus, & qui probè novit taxillos mittere com-
ſitos: domi habet ſodalem Tricongium. T. Imo am-
oram. G. Imo ſpongiam. N. Imo harenam Africæ
idiſſimam. B. Aiunt illum ſemper ſitire. N. An ſitiat,
ſcio: ſemper certè paratus eſt potare. B. Auſculta
ſciniolam illam. G. Ubinam eſt? B. Non vides eam in
mo illo ſedentem? vide. Ut canit ardenter nec in-
rmittit. N. Flet Philomela nefas. G. Quid mirum
lciter eam garrire, quæ ſit Attica: ubi etiam fluctus
aris non ſine numero alliduntur littori. N. Plinius
ribit, eam præſentibus hominibus diutius & accura-
us cantare. T. Quid cauſæ eſt. N. Ego tibi cauſam
periam! Cuculus & Philomela eodem cantant tempo-
, verno ſcilicet, ab Aprili medio ad Maium exactum,
t eo circiter. Hæ duæ aves in contentionem venerunt
ſuavitate concentus, quæſitus eſt judex: & quia de
no erat certamen, aptiſſimus viſus eſt ad eam cogni-
onem aſinus, qui præter cæteras animantes grandes
aberet auriculas. Aſinus, repudiatâ luſciniâ, cujus ſe
rmoniam negaret intelligere, victoriam cuculo ad-
dicavit. Philomela ad hominem appellavit, quem ubi
det, agit ſtatim cauſam ſuam, canit diligenter, ut ſe
li approbet ad vindicandam injuriam, ab aſino accep-
m. G. Habeo cauſam poëta dignam. N. Quid ergo?

ex-

expectabas philosopho dignam? posce id à novis
magistris Parisiensibus. G. Plerique illorum vesti
sunt philosophi, non cerebro: N. Quid ita vestib
nam coquos potius dixeris, aut muliones. G. Quia
stant eas crassas, detritas, laceras, lutulentas, immi
das, pediculosas. N. Erunt ergo philosophi Cyn
G. Imo cimici: non, quod videri affectant, Peripat
ci: quippe Aristoteles, sectæ princeps, cultissimus f
Ego vero longum vale dico jam nunc philosophiæ
aliter non possum esse philosophus. Quid enim p
chrius, & homine dignius, quam mundities, & civ
quidam cultus in victu & vestitu? ea in re antesta
mea sententia, Lovanienses Parisiensibus. T. Quid
non putas esse impedimento studiis nimiam cura
munditiæ atque elegantiarum? G. Ego quidem mu
ditiem probo, anxiam & morosam illius curam impr
bo. N. Damnas tu elegantias? de quibus scripsit Val
tam diffuse, quasque adeò diligenter commendant n
bis nostri præceptores. G. Alia est verborum in
quendo elegantia, alia rerum in vestiendo. T. Scit
quid est mihi narratum à tabellario Lovaniensi?
Quid tandem? T. Clodium ardere perdite in puell
quandam, & Lusconem transtulisse se ad mercaturam
literis hoc est, ab equis ad asinos. N. Quid audio?
Clodium nôratis omnes, succi plenum, rubicundu
benè habitum, hilarem, vultu renidenti, comem, se
vium confabulatorem? nunc refert ille: esse exucc
exanguem, pallido colore atque adeo lurido, imbec
lum, horridum, trucem, taciturnum, fugitantem luc
& humani consortii: nemo, qui illum vidisset pri
jam agnosceret. N. O miserum adolescentem! unde
mali? T. Ex amore. N. At unde amor. T. Quant
ex oratione tabellarii potui colligere, reliquerat se
& solida studia, dediderat sese cunctum poëtis lasciv
Latinis, & linguæ vulgaris: inde prima animi præpa
tio: ut, si qua ignis scintilla in illum incideret fomit
quantulum libet exigua, subitò inflammaretur ve
stuppa: tradiderat se somno & ocio. N. Quid nec
habes plures aut majores causas amandi commemo

. T. Nunc insanit, ambulat plerunque solus: semper
tem vel tacitus, vel cantillans aliquid, & modulans,
ribit versus sermone vernaculo. N. Scilicet, quos le-
t ipsa Lycoris. G. O Christe, adverte ab animis no-
ris tam pernicioſum morbum. T. Nisi me ingenium
lodii fallit, recipiet se aliquando ille ad frugem me-
orem: peregrinatur animus ejus in nequitia, non ha-
tat. G. Et ille alter quas mercaturas exercet? T.
isit ad patrem epistolam flebiliter conscriptam de
isera conditione studiorum, quam, quòd esset aper-
lis, legit ipse tabellarius: Pater, homo crassæ Mi-
rvæ, transdidit eum à chartis ad lanas, pannos, gla-
nm, piper, gingiber, cinnamomum. Nunc ille suc-
nctus braca, mirè diligens & sedulus in aromataria
berna vocat adventores, excipit blandus, scandit, de-
endit per scalas infestissimas, profert suas merces,
rtit, invertit: mentitur, peierat: omnia sunt illi le-
ora, quam studere. N. A puero novi illum atten-
m ad rem: & delectari numulis. Itaque potiorem
buit nummationem, quam literaturam, & vile lu-
um antepoſuit excellentiæ eruditionis: aliquando
enitebit eum. T. Sed serò N. Indubiè: provideat,
accidat sibi, quod suo consobrino. T. Cui? N. An-
nio in angiportu pomorum, ad tres graculos Non
disti, illum superiore anno decoxisse. G. Quid de-
xit, quæso? estne hoc tantum malum? an non quo-
lie id fit in culinis omnibus. T. Decoxit rem. G.
uam rem? T. Alienam, & conturbavit. G. Nihilne
ldidit creditoribus. T. Ex compactione (nam rece-
rat se in asylum) uncias ternas ex libris singulis.
Hoc vocas tu decoquere, quum nihil sit crudius? sed
o modo amisit. T. Audivi equidem nuper de patre,
n satis tamen intellexi: Narrabat pater eum feciſſe
ſuras damnosissimas, quæ degluberunt eum, & de-
rarunt usque ad ossa. G. Quid rei est versura? quid
lubere? T. Ne ego quidem novi: credo esse aliquid
furibus. N. Vides illum obesum? quem putes vix
osse comovere, petauriſta est, & funambulus. G.
! tace, rem narras incredibilem. T. Non ipse qui-

dem

dem ſuo corpore: ſed calcibus? G. Afferebat á
aliud novi tabellarius de noſtris ſodalibus? T.
de Hermogene, qui in omni noſtro certamine ſe
ferebat primas: is admirabili mutatione ex inge
ſimo, & (ut ætas illius ferebat) doctiſſimo, repe
ctus eſt tardiſſimus, & rudiſſimus. N. Tale qui
ſæpè vidi accidere in quibuſdam acutulis. B. Ai
fieri, quum ingenii acumen non eſt ſolidum: ut i
pellis, quorum acies facilè retunditur, præſer
quid ſecet paulo durius. G. Quid? eſtne acies in
nio ſicut in ferro? B. Neſcio: ferrum ſæpè vidi,
nium nunquam vidi. N. Quid factum eſt adoleſce
illi pagano, qui ſuperiore menſe exhibuit nobis
dium adventorium, refertum dilitiis ruſticis ad
è fuga retrahendum præceptor miſerat quatuor
tivarios? & erat formoſulus. T. Venuſtus aſinus.
ella amanuenſis amitæ meæ, quæ puella eſt illi
patruelis convenit illum nuper in pago ſuo, nu
pite, impexum, horridum, ſentum, cum gallicis,
nica villoſa levidenſa, vendentem in trivio quo
chartaceas imagines, & tabellas elementarias, ca
tem cantiones novas in circulis. G. Oportet illum
ortum claro ſanguine. T. Quî iſthuc? G. Quonia
ter ejus eſt de genere Coclitum. N. Non tam id a
nobilem virum, quam bonum jaculatorem: col
bit facilè. T. *Aut fabrum tignarium, qui Oculo*
cam dirigit uno. N. Nunquam placuit mihi ille
nec dederat mihi ſignificationem aliquam virtuti
Quid ita? N. Quia nec amabat ſtudia, nec præc
rem reverebatur, (quod eſt perditi animi argume
evidentiſſimum) & ſenes irridebat, & calamitoſo
ſannabat. Sed quis eſt iſte ſericatus, torquatus, b
atus auro? G. Ex genere clariſſimo, matrem
nobiliſſimam & fœcundiſſimam. N. Quam? G
ram: & vix credas quas ſemper faciat delitias:
puerulum in cunis adhuc & crepundiis vagiente
Atqui lanugo illi incipit jam per malas ſerpe
Hem! obſervator venit: expedite libros, exp
incipite evolvere. G. Nec fuit his multis hebdo

s observator magis curiosus, & qui tam gauderet ferendis ad Magistrum criminibus. B. Utinam sal- n nos veræ culpæ reos ageret! sed calumniatur ple- nque. N. *Hic murus aheneus esto: Nil conscire sibi, la pallescere culpa.* Sed quiescite, ego illum statim abo. O. Quid tu dicis, Vacia? N. Quid tu Vatiax? Quid tu Vatrachomyomachia? sed joco amoto, quid agitur? N. Quid ageretur? quod inter bonos icho- ticos & studiosos: legitur, ediscitur, disputatur. sodes capitulum lepidissimum, quid est apud Vir- ium. Transversa tuentibus hirquis? O. Bene faci- , pergite studere, ut bonæ indolis adolescentes de- : mihi aliud nunc est negotii; vos valebitis. N. Sa- nugatum est, revertamur ad ludum: sed prius rele- pus, quæ præceptor explicavit, tum ut discamus, n ut illi placeamus, & nos approbemus, quod cuiq; strum debet esse in votis, non minus quàm Patri.

ITER ET EQUUS.

Philippus, Misippus, Misoppudus, Planetes, Puer, Rusticus.

VUltisne proficiscamur animi gratia Bononiã, quæ est ad Sequanam? *Misip.* & *Miso*, Nihil, ma- nus, die præsertim sereno, & à ventis silenti: tum am in nostro Pædagogio feriato. Ph. Cur non est is operarius. Mi. Quia Pandulphus madefacturus hodie ingenti prandio Magistros omnes, in hono- n laureæ suæ magistralis. Pl. Vah! quantum pota- ur. Miso. Multo plus sitietur. Misi. Ego habeo astur- em. Ph. Et ego equum meritorium, conductum de co impostore. *Miso.* Ego & Planetes vehemur rhe- reliqui, si videtur, vel pedestres sequentur nos, vel brachiorum agent cymbam contra cursum amnis. Imo equis trahetur. Mis. Ut erit cordi, nam nobis estre iter magis placet. *Ph.* Eia puer, frena equum um, & insterne. Quid (majùm) manno indis lupa- ? orna potius frenulo illo levi cum bullis. Pu. Hui! oream habet, nec aureas. Ph. Si scirem quis fre-

gisset, ego illi frangerem. Misip. Quid tu nunc
concitatus? Ph. Panem in cœna. Accipe, unde po
accommodato. Pl. Scilicet in mediis pædagogiis
ris tu vel equos, vel equorum ornamenta. Ph. S
igitur, quæ desunt ex hoc fune. Pu. Erit defo
Ph. Abi, insane, quis videbit extra urbem; Pu. A
na est dissuta. Ph. Sarcias ligulâ astrictoriâ aliquâ
Non habet postilenam. Ph. Nec opus est. Pl. Ma
equitem & exercitatum! delabetur ephippium a
lum, & effundet te equus supra caput. Ph. Qu
me? lutosa est magis via, quàm lapidosa: inficia
no, non cruentabor. Sed, si hæc omnia apparand
hinc discedemus ante vesperum: adduc equum
cunque ornatu. Pu. Paratus est, conscende: ah,
agis, pedem dextrum ponis priorem in stapeda?
Utrum ergo? Pu. Sinistrum, & habenas sinistra
rege: dextra cape hanc virgulam, quæ erit pro ca
bus. Ph. Non indigeo, calcanei erunt mihi vice c
rium. Pu. Jubellium Tauream videtis, aut, qui
hoc est congressus, Asellum. Ph. Apage histor
procinctu: ubi reliqui? Pu. Ite, ego comitabor vo
dester. Mis. O equum molestissimum succussato
ossa mihi omnia contuderit, priusquam perven
in oppidulum. Ph. Quid (malum) est, stratum
tuum? clitella est, ut puto. Mis. Paulò? minus.
Quanti, quanti? Mis. Numis Turonensibus qua
decim. Ph. Equum ipsum cum suo victu & v
tanti non emerim: nec videtur mihi equus vecto
ephippiarius, sed jumentum clitellarium & juga
dorsuales. animadverte, quæso, ut passim cespita
in chartam aut latum culmum impingeret. Mi.
tu de eo dicis? pullus est adhuc: Sed garrias, quæ
vides tu hunc equum? is qualis qualis est, me
aut ego illum. Pu. Ungulam habet tenerrimam
Ph. Quid admonuit te tam accuratè unoculus,
tibi eum insterneret. Misip. Rogavit verbis ami
mis, ne duo insideremus equo, alter in strato, al
per clunes, & ut in equili diligenter ei subster
Pu. Nimirum eget misellus, qui latera habet

rne. Ph. Quid agitis vos? non ascenditis in rhedam?
l. Probè mones rhedarius petit nunc altero tanto
us, quàm quapti eramus pacti. Ph. Cum rhedariis
vobis res, & cum naviculatoribus: facilè conficietis
nnia, & ex animi sententia. Genus hominum est id
ige, mansuetum, come, urbanum, pium. Rhedarii
nt fæx terræ, naviculatores fæx maris, date illi dimi-
um ejus, quod plus poscit. Pu. Quotam esse jam ho-
m censetis? Ph. Ex sole conjicio, esse ultra decimã.
i. Appetit jam meridies. Ph, Itane? Heus, *Misippe* ea-
us: sequatur, qui poterit. Invenient nos ad galerum
rpureum: ea est taberna diversoria, sita contra regi-
n pyramidem, non procul à domo Curionis. Mi.
à egredimur? Ph. per portam Marcellinam, ad dex-
am simplici viâ & directâ. Mis. Imo teneamus hanc
ostram, via jucunda & placida. Ph. Minimè vero: nihil
mmodius ac tutius, quàm via regia. Nam transver-
s in itineribus amittemus comites, præsertim, quod
mes ille, nisi me fallit memoria, est valdè sinuosus &
nbagiosus. Misi. Qui sunt isti hastati? videntur mili-
s ex istis mercenariis. Ph. Quid agendum? Mi. Re-
rtamur, ne nos spolient. *Ph.* Progrediamur: nam
cilè evademus eos cursu equorum per campos. Mi.
uid si gestent tormenta manuaria? *Ph.* Nihil tale cer-
o, sed solas sarissas. Misi. Accede propius puer. *Pu.*
uid rei est? Mis. Non tu vides illos Germanos?
u. Quos? Mis. Illos huc venientes adversum nos. *Pu.*
lanè sunt germani: sed *Parisienses* rustici duo cum
is baculis. Mi. *Profectò* ita est, bene sit tibi, ani-
am mihi & vitam reddidisti. Sed ubi Misospudus &
lanetes? *Pu.* Rhedarius iratus, quod non quantum
ostulaverit, accipiat, duxit eos viâ salebrosâ: equi,
um magna enituntur vi rotas, in alto cœno hærentes
xtrahere, temonem & helcia confregerunt, tum can-
i revulsi sunt cum clavis, & ipse rotam sufflaminave-
t imprudens, bili excæcatus: nunc ea reficit stoma-
abundus, & convitians divis omnibus, vectores quo-
e diris devovens atrocissimis. *Ph.* Quæ capiti illius
t. *Pu.* *Puto* eos rhedâ relictâ transituros in sarra-

cum, quod sine onere habet iter Bononiam. Glauc
& Diomedes ingressi erant in scapham quandam : s
nautæ negant se hoc vento posse remis aut contis a
re navigium: equos helciarios narrant omnes esse e
cupatos, nescio quâ materiâ vehendâ: ita nondum r
ligarant prymnesium. *Ph.* De naulo nihil novi? A
Nihil prorsus. *Ph.* Mirum est: sed conjicio quid fu
rum sit: non pervenient illi Bononiam ante serum di
Mis. Quid tum? sumemus diem crastinum totum
reficiendum animum. Aspice, ut fluviolus ille leni
labitur, aquæ planè crystallinæ inter scrupos aureo
Quàm jucundum murmur! Audis luscinjolam, & c
cuelem? Profecto territorium hoc Parisiense am
nissimum est. *Ph.* Quod spectaculum potest esse h
par! quàm placido agmine fluit Sequana! Ut fer
navicula illa plenis sinibus, & secundo vento! miri
his omnibus redintegrantur animi. O pratum mi
artificio vestitum! Mi. Nempe ab admirabili artifi
Ph. Quàm suavem odorem eructat! Mi. Hac, ad si
stram flectito, ut vites cœnum tenacissimum, in q
gradarius tuus statim unguem amitteret. Quàm co
trarius hic campus suo vicino, obsitus situ, squalli
carioſus, horrens petris, & spinis armatus! *Pu.* N
vides esse agrum ruderatum ex villæ ruinis! & a
qui frumentarius est. Hyberno pulvere, verno lu
magna farra, Camille, metes. *Ph.* Quæso, cantilla ve
sus aliquot, ut soles. Mis. *Placet.*

Felix ille animi, divisque simillimus ipsis,
Quem non mendaci resplendens gloria fuco
Sollicitat, non fastosi mala gaudia luxus:
Sed tacitos sinit ire dies, & paupere cultu
Exigit innocuæ tranquilla silentia vitæ.

Ph. Versus facetissimos, & gravissimos! cuius, qu
sunt? Mis. Non agnôsti? Ph. Non. Mis. Angeli P
triani. Ph. Vetustiores putavi: & habent gratiam a
quitatis. Suspicor nos deerrasse. Mis. Heus bone
quà itur Bononiam? R. Aberrâstis; obvertite cant
rios vestros ad bivium illud. & tenete viam quam r
flum

lumen: ea vos non sinit falli, recta est & simplex, usque ad vetustam quercum. Inde ad manum hanc vos præcipitate. Mi. Habemus gratiam. R. Ducat vos Deus. Mi. Mallem currere, quàm sic ab equo isto concuti. Ph. Tanto cœnabis avidiùs. Mi. Imò non potero cœnare delassatus, & confractus toto corpore: citiùs quæram de lecto, quàm de mensâ. Ph. Sede conjunctis cruribus, non divaricatis: minus senties laborem. Mi. Hoc est fœminarum: & facerem, nisi metuerem derisus & sannas prætereuntium. Pl. Siste parumper, Philippe, dum hic faber ferrarius calcearit asturconem tuum, cui excussa est solea dextri pedis. Mi. Quin potius moremur hic, ut clauso diversorio, sub dio dormiamus. P. Quid tum? in aperto mundo: an non id præstabilius, quàm in clauso? Gravius esset, quòd incœnes.

SCRIPTIO.

Manricus, Mendoza, Puer, Magister.

ADfuistin'hodie, quum ille haberet orationem de utilitatibus scribendi. Me. Ubi nam? Ma. In auditorio Antonii Nebrissensis. Me. Minimè verò: sed tu recense, si qua hæserunt memoriæ. Ma. Quid ergo recenseam? dixit tam multa, ut omnia prope excideverint. Me. Ergo contigit tibi quod de vasis angusti orificii Quintilianus dicit, quæ superfusam humoris copiam respuunt: sensim si instilles, recipiunt. Sed nihil retinuisti penitus Ma. Propemodum nihil. Me, Aliquid agitur? Ma. Perpusillum. Me, Isthuc ipsum perpusillum fac mihi etiam commune. Ma. Primum omnium ajebat esse perquam admirabile, tantam varietatem humanarum vocum paucis potuisse literis comprehendi: deinde amicos absentes posse inter se beneficio literarum colloqui. Addebat, nihil esse visum mirabilius apud insulas istas, à regibus nostris recens inventas, unde aurum affertur, quàm posse inter se homines aperire, quæ sentiant, tanto intérvallo regionum missâ chartulâ aliquâ, maculis nigris distincta: rogabant

enim, an papyrus sciret loqui: hæc ille, & ali
multa, quæ sum oblitus. Me. Quamdiu dixit
Horas duas. Me. Ex tam longâ oratione, tam pa
mandâstimemoriæ?' Ma. Mandavi quidem mem
sed ea noluit retinere. Me, Plane dolium habes
rum Danai. Ma. Imo excepi cribro, non dolio.
Accersamus aliquem, qui tibi ea, quæ ille dixit,
gat in memoriam. Ma. Mane tamen: nam aliud
dam cogitatione quæro: teneo. Me. Eloquere tan
cur non excipiebas pennâ. Ma. Non erat ad ma
Me. Ne pugillares quidem? Ma. Ne pugillares qui
Me. Exprime hoc tandem. Ma. Aufugit jam: tu e
stisti menti, tam odiose interpellando. Me. Hui!
cito? Ma. Rediit in memoriam. Ex autoritate n
cujus scriptoris, affirmabat nihil esse ad magnam
ditionem compendiosius, quàm probe ac celeriter
gere. M. Quis est autor? M. Nomen sæpe audivi
memoria effluxit. Me. Ut alia. Sed huic præcepto
paret vulgus nostræ nobilitatis, quæ pulchrum &
corum sibi esse ducit, nescire literas formare: dicas
rificationem esse gallinarum & nisi præmonitus sis
jus fit manus, nunquam divinaris. Ma. Et ea de c
vides quam crassi sunt homines, quàm amentes, &
nionibus corruptissimis. Me. Quomodo sunt vulg
nobiles? an non hæc multum inter se distant?
Quia vulgus, non vestibus & possessionibus disti
tur sed vita, & judicio de rebus integro. Me. Vin
ut nos à vulgari ista inscientia Vindicemus? trad
nos huic exercitamento. Ma. Nescio quo pacto
rale est mihi, distortè, inæqualiter, perturbatè e
re literas. Me. Hoc habes nobilitatis; exerceas
nam assuefactio mutabit, quod naturale esse d
Man. Sed ubi is habitat? M. Ex me tu id quæris
nec audivi hominem, nec vidi, cum ipse eum au
tu? quantum intelligo, velles omnia ingeri tib
mansa in os. Ma. Nunc commemini. Aiebat si
mum conductam juxta ædem divorum, Justi &
ris. M. Est ergo vicinus vester. Eamus. Ma. Heu
er! ubi est magister? P. In illo conclavi. Man.

git? P. Docet quosdam, M. Significa illi astare hic
rz foribus, qui huc etiam veniunt, ut ab eo doceantur.
Mag. Qui pueri sunt isti? quid petunt? P. Te cupiunt
ouventum. Mag. Admitte eos ad me recta. Ma. &
len. Optamus tibi salutem, & omnia prospera, magi-
er. Mag. Et ego vicissim vobis felicem huc ingressum.
ospiret vos Christus. Quid est? quid vultis? Ma.
oceri abs te artem istam quam profitêre, si modo
acat, & si vis. Mag. Profecto oportet vos esse pueros
onestissimè educatos, qui & sic loquamini, & tam mo-
esto sitis ore. Nunc vero magis, cum rotâ facie fus-
adit se vobis rubor: confidite filii; nam iste color
irtutis est. Qui vocamini? *Ma.* Mauricus & *Men-*
oza. Mag. Nomina ipsa testantur ingenuam educa-
ionem, & generosos animos. Ita demum eritis vere
obiles, si iis artibus excolatis animos quæ maxime
int dignissimæ claris natalibus. Quanto magis sapitis
os, quàm multitudo ista nobilitatis, qui eò se habi-
um iri generosiores sperant, quò imperitiùs pingant
iteras. Sed minimè est hoc mirandum, quando quidē
ersuasio hæc dementiam nobilitatis jam pridem in-
asit, nihil esse abjectius, aut vilius, quàm aliquid sci-
e. Ergo videre est illos epistolis à librariis suis com-
ositis subscribentes id quod, nullo pacto legi potest,
ec scias à quo tibi epistola mittatur, nisi sit à tabella-
io prædictum, ut signum agnoscas. *Ma.* Id modo ego
& *Mendoza* querebamur. *Mag.* Sed venitis huc arma-
i? *Ma.* Minimè verò bone præceptor: vapularemus
nostris pædagogis, si ausi essemus arma hac ætate vel
picere, nedum tangere. *Mag.* Ah, ah! non loquor
e armis crudelitatis: sed de istis scriptoriis, quæ ad
præsentem rem faciunt. Habetis thecam pennariam,
um pennis? *Me.* Quid rei est theca penparia? an
a, quam nos calamarium nominamus? *Mag.* Ea ipsa:
am antiquissimi homines solebant stylis scribere; qui-
us successerunt calami, & potissimum Nilotici. Aga-
eni, si quos vidistis arundinibus scribunt à dextrâ in
inistram; sicut omnes penè ad Orientem nationes.
Europa Græcos sequuta, contra, à sinistrâ in dextram.

B *Ma.*

Ma. Etiam Latini? *Mag.* Latini quoque, filii: sed à Græcis habent originem, & olim veteres Latini s bebant in membrana delętili, quæ vocabatur pali sestos, tum unâ tantum facie: nam qui utrinque e libri conscripti, opistographi dicebantur: qualis Orestes ille Juvenalis, scriptus & in tergo, nec d finitus. Sed hæc aliàs: nunc ea quæ instant anseri pennis scribimus, aliqui gallinaceis. Vestræ istæ egregiè habiles: nam sunt caulo amplo, & nitido, firmo: detrahite plumulas scalpello, & detruncate quid è caudâ. tum eradite, si quam habent scabrit nam levigatæ fiunt optiores. *Ma.* Nunquam ego nisi deplumatas & nitidas: sed institutor meus doc me eas lenes facere saliva & affricatione ad adver tunicam, vel femininicrurália. *Mag.* Præsens cons um. *Me.* Doce nos aptare pennas. *Mag.* Primum nium rescinditis utrinque caput, ut fiat bifurcata: in superiore parte incisuram facite scalpello sem ducto, quæ crena vocatur: hinc, æquate duos il pedunculos, seu mavultis nominare cruscula, ita men, ut altius sit dextrum, in quod penna scribe incumbit: id tamen discrimen vix perceptibile op ter esse. Pennam si firmius vis chartæ imprimere; bus digitis teneto: sin celerius, duobus, pollice & dice, more Italico. Nam medius inhibet magis e sum & moderatur, ne se immodicè effundat quàm juvat. *Ma.* Profer atramentarium. *Me.* Hem! cor atramentarium elapsum est mihi venienti huc. *M* Puer, profer ampullam illam atramentariam, ex effundemus in hoc mortariolum plumbeum. *Me.* S periculo? *Mag.* Ita hauries penna liquidius, & co modius: nam in gossipio, vel filo bombycini, aut quum pennam intingis, adhæret semper crenæ aliqua. Vel flocculus, in quo detrahendo fit m scriptioni: aut si non detrahas, lituras verius effi quàm literas. *Me.* Ego ex sodalium consilio lin lum Militense indo, aut bombycinum leve ac re *Mag.* Istud verò est satius. Cæterum multò pr solum atramentum infundere in mortariolo qu

go : nam quod circumgestandum est, huic omnino
bus est periculo. Cæterum habetis chartam? Me.
inc. Mag. Asperam admodum, & quæ pennam remo-
tur, ne inoffense decurrat: quod est studiis noxium.
am dum luctaris cum scabritie chartæ, elabuntur
ulta ex iis, quæ scribenda cogitaveras. Hoc genus
artæ amplæ, densæ, duræ, scabræ, librariis relinquite;
æ ideo librariæ nuncupantur, quod ex eis fiant ad
iturnitatem libri: nec illam quotidiano usui para-
eritis grandem, augustam, sive imperialem, quæ de
bus sacris hieratica nominatur; quales videtis in li-
is sacrarum ædium. Acquirite vobis chartam, epi-
olaretm, quæ ex Italia affertur optima, tenuissima, &
rma: vel vulgarem illam, quam ex Gallia important,
uam passim invenietis venalem in singulos codices
mis octonis plus minus: dabitur vobis pro corol-
rio philura una aut altera chartæ emporeticæ, quam
bulam dicimus. Me. Quæ est horum nothitum ratio?
m sæpe dubitavi. Mag. Emporetica de Græco venit,
o involvendis mercibus; & bibula, quod atramentum
sorbeat. Ita non erit vobis opus furfuribus, aut fa-
ulo, vel pulvere de pariete raso. Sed omnium op-
mum est quum per se literæ exsiccantur: eo enim
odo diuturniores fiunt. Proderit tamen emporetica,
uam sub manum extendatis, ne sudore ant sordibus
aculetis papyri candorem. Ma. Cedo jam nobis, si
ideretur, exemplar. Mag. Primum abecedarium, dein-
e syllabatim, tum verba conjuncta ad hunc modum:
isce puer, quibus fias sapientior, & proinde melior.
oces sunt animorum signa inter præsentes, literæ in-
r absentes: Hæc effingite, & redite huc à prandio,
el cras, ut scripturā vestram emendem. Ma. Faciemus.
nterea commendamus te Christo. Mag. Et ego vos
dem. Me. Secedamus, ut absque interventu sodalium
interpellatione meditemur, quæ à magistro hoc ac-
epimus. Ma. Placet mihi: ita fiat. Me. Ventum est,
dò volebamus. Assideamus in his saxis. Ma. Etiam,
d aversi à sole. Me. Mutua mihi dimidium chartæ fo-
ium, quod reddam cras. Ma. Sufficit tibi hoc frustu-

lum?

lum? *Me.* Hui! non capiet sex versus; ex meis
sertim. *Ma.* Scribe in utrâque facie, & duc versu
siores: quid necesse habes tam magna interstitia
quere? *Me.* Egone? vix intervallum est ullum;
literæ sese utrinque attingunt, præsertim quæ le
habent apices, aut pedes, ut *b*, & *p*. Sed quid tu?
ne duos versus exaraſti? & quidem eleganter, nisi
sunt pravi. *Ma.* Scribe tu seorsum, & tace. Me.
vero penna & atramento hoc scribi nullo pacto p
Ma. Quid ita? Me. Non cernis, ut penna resp
chartam, atramento extra literas? *Ma.* Atrame
meum adeò est crassum, ut limum esse credas: a
amabò, ut hæret in summâ crenâ, nec ad chara
formandos defluit. Quin igitur utrique incom
medemur? tu de cuspidibus penuæ rescinde scalp
quoad atramentum commodè colligat in literas;
in atramentarium, quo sit atramentum liquidius
stillabo guttas aquæ aliquot. *Me.* Immejiro po
Ma. Oh! ne lotium, fœtebit atramentum ipsu
quicquid scripseris nec facilè deinceps odorem
elneris è periculo. Optimum esset acetum, si ha
ad manum: nam hoc vi suâ statim dissarat de
atramentum. *Me.* Verum: sed periculum est, ne
moniâ sua chartam penetret. *Ma.* Nihil tale me
hæc charta maximè omnium continet atramen
ne effluat. Me. Extremæ hujus tuæ chartæ oræ in
les sunt rugatæ, & asperæ. Ma. Demarginato cha
aliquantum forficibus, nam hoc est etiam elegan
aut citra eam asperitatem scribendo subsiste: tibi
per levissimæ offensiones satis magno impedi
sunt ne pergas; sed quicquid est in manibus, abjic
sico. Me. Redeamus jam ad præceptorem. M. Vi
tibi tempus? Metuo ne præterierit jam tempus:
solet maturè cœnare Ma. Eamus: ingredere tu
qui habes minus cordis. Me. Imo tu potiùs, qui
frontis. Ma. Vide ne quis ab illo exeat, qui de
dat hic nos jocantes & lascivientes. Pulsemus fo
mulo, etsi patentes: nam hoc fuerit urbanius.
Pu. Quis istic? recta introeas, quisquis es. Ma

mus: ubi est instituor? Pu. In conclavi. Me. Omnia
nt tibi fausta, præceptor. Mag. Feliciter veneritis.
en. Effinximus quinquies aut sexies tuum exemplar
eadem chartâ: referimus hoc opus nostrum ad te
nendandum. Mag. Recte faciti's. Ostendite, posthac
linquite majorem intercapedinem versuum, ut sic
o possim corrigere vestra errata ad emendationem.
e literæ sunt admodum inæquales, quod est in scri-
ndo fœdum. Animadvertite, quanto *n*, majus est
àm *e*, & *o*, quàm orbis hujus *p*: nam literarum cor-
ra omnia oportet esse æqualia. Men. Quid, quæso,
cas corpora. Mag. Media in literis præter apiculos,
pedunculos, si quos habent: apices habent *b*, & *l*,
des *p*, & *q*, Jam in eodem *m*, crura sunt imparia:
imum brevius est medio, & nimis magnam caudam
hit, sicuti & illud *a*: nec satis imprimitis pennam
artæ, vix hæret atramentum, nec dignoscas, quæ sint
menta. Quod literas has transformare tentaris in
as, erasis particulis cuspide scalpelli, magis deturpa-
scripturam: satius fuisset tenuem lituram inducere,
m & quod supereſt verbi in fine versus transferre in
put sequentis, modo integræ sint semper syllabæ:
as secari non patitur lex Latinæ scriptionis. Augu-
um Cæsarem produnt memoriæ, non solitū verba di-
dere, nec ab extremâ parte versuum abundantes lite-
s in alteram transferre, sed ibidem statim subjicere, &
cumducere. *Ma.* Nos id libenter imitabimur, quo-
am exemplum est regis. Mag. Recte faciti's. quomo-
enim aliter approbaretis vos ex illius esse satos
nguine? Sed ne conjungatis omnes literas, nec omnes
paretis. Sunt quæ vinciri inter se postulent, ut cau-
tæ cum aliis, velut *a*, *l*, *n*: item hastatæ, ut *f*, & *t*,
nt quæ recusent, nempe orbiculatæ *p*, *o*, *b*. Quantum
teritis, recto capite scribite: nam inflexo atque in-
mbenti defluunt humores ad frontem & oculos, unde
orbi nascuntur multi & videndi imbecillitas. Accipite
erum exemplar, quod exprimatis cras, Deo pro-
tio.

Ovid.

Ovid. *Sed propera, nec te venturas differ in horas*
Qui non est hodie, cras minus aptus erit,

Et aliud Martialis, de Notario.

Currant verba licet, manus est velocior illis:
Nondum lingua, suum dextra peregit opus.

Me. Visne etiam ut lituram hanc reddamus? Me
turam sanè, modò & alia probè exarata. Me. In
optamus, te bellissimè valere.

VESTITUS ET DEAMBULAT
MATUTINA.

Malvenda, Bellinus, Gomezulus, Joannius.

MAL. Nempe hoc assiduè? jam clarum man
nestras intrat. Stertimus, indomitum quod
spumare falernum sufficiat. B. Apparet profecto:
sanire te, nam alioqui nec tam multo mane esses exp
rectus, nec versus funderes, & quidem Satyricos
manifestius rabiem tuam patefacias. M. Accipe
epigrammatarios, edentulos & salsos.

Surgite, jam vendit pueris jentacula pistor:
Cristataeque sonant undique luce aves.

B. Istud de jentaculo citius mihi somnum exc
ret, quàm clamores tui. M. Festivissime nugator,
cor tibi felicem hunc diem. B. Et ego tibi faustam
stem, & bonum cerebrum, ut simul & dormire po
& solutâ oratione loqui. M. Quæso te, seriò respo
si modo seriò potes unquam loqui: quam horam
ses nunc esse? B. Medium noctis vel plus paulu
M. In quo horologio? B. In meo domestico. M.
tandem est horologium tuum domesticum? tu h
logium unquam habueris, aut inspexeris? cui o
hora est semper dormiendi, edendi, ludendi, stud
vero nunquam. B. Atqui hic ego habeo horolo
mecum. M. Ubi? Ostende. B. In meis oculis: vi
nulla vi aperiri possint: obdormi rursus, obsecro
certe tace. M. Quid (malùm,) est carosis hæc, se
rius lethargus & mors quædam? quamdiu puta
jam dormisse? B. Horas duas, vel ad summum

. Ter ternas. B. Quî fieri istud potest? M. Gome-
ule, I curriculo ad solarium Franciscanorum, & con-
mplare quota sit hora. B. Apage! solarium quum
l nondum sit ortus! *M.* Ortus verò? aperi fene-
ram istam vitream, heus tu puer, ut verberet sol hu-
s oculos suis radiis: plena sunt jam sole omnia, &
mbræ minores. B. Quid tibi est rei cum ortu solis, &
ccasu sine illum priorem te surgere, cui majus est
onficiendum iter diurnum. Gomezule, cursum inten-
to ad D. *P*etri, ibi aspicito & in horologio machi-
li quæ sit hora, & in gnomone. G. Utrumque sum
tuitus: In solario parum abest umbra à secundâ li-
eâ; In horologio digitus indicat horam paulò plus
inam. B. Quid narras? aliud restat ergo agendum
bi; ut hic sistas mihi fabrum ferrarium ex vico lapi-
co, qui forcipe disjungat has palpebras tam affixas:
c ei revellandam esse è foribus seram aliquam, cujus
amissa clavis. G Ubinam habitat? M. Iste vero se-
ò accerseret. Desine jam nugari, & surge. B. Sur-
mus tandem, quando ita obstinasti animo. Vah!
àm es odiosus sodalis! Exuscita me, Christe, ex
mno peccati ad vigiliam justitiæ: transfer me ex
cte mortis ad lucem vitæ: Amen. M. Feliciter tibi
rocedat hæc lux. B. Et tibi hæc eadem, & aliæ quam
urimæ lætæ ac faustæ: hoc est, ut eam ita transigas,
cujus virtutem lædas, neu quis tuam. Puer, afferto
buculam mundam: nam hanc jam totos sex dies
stavi: Hem, arripe pulicem illum saltirantem. B.
mitte nunc venationem pulicum. Quantulum erit
licem unum in cubili hoc extinxisse? *M.* Quan-
m guttam unam aquæ Diliæ huic adimere. B. Imo
ro mari ipsi Oceano. Nolo hanc subuculam collari
gato, sed alteram illam plano: Nam ruga hæ quid
ud sunt hoc tempore, quàm nidi aut receptacula
diculorum, & pulicum. *M.* Ineptе, existes repen-
dives: habebis pecus album, & pecus nigrum. B.
culium numerosum magis, quam superfluosum: &
mites, quos malis semper videre in vicinia, quam
mi meæ. Jube famulam resuere latera hujus subu-

culæ, & quidem filo ſerico. G. Non habet. B. Li
igitur aut laneo, aut etiam, ſi ita lubet ei, ſpart
Nunquam famula hæc habet, quod eſt opus: qu
vero non eſt opus, affatim. Te vero, Gomezule, no
ego eſſe divinatorem: Exequere mandatum meum
renuncia; ne arioleris, quid ſit futurum. Excute p
verem è fœminicrurabilis, concuſſu: Hinc purga di
genter muſcario illo ſetaceo. Udones dato itid
inundos: Nam hi ſunt jam exudati, & pedore oli
ϛεν, amove eos iſthinc continuò: offendit me fœt
graviſſime. G. Vis interulam? B. Non: nam ex lu
ſolis colligo diem fore calidam: ſed cedo mihi thor
cem illum dimidiis manicis ſerici gauſapini; & tu
cam ſimplicem fuſtadicam cum vinculis veſtiariis o
longis. M. Imo ſuſtanicam. Quid iſthuc rei eſt? qu
nam ire cogitas, ut tam ornes te præter morem tuu
præſertim quum ſit dies profeſtus: & poſcis ligu
devinctorias caſtrenſes. B. Et tu cur induiſti bomb
cinam levem, recentem ab officina, quum habeas
pripiliam, & Damaſcenam detritam? *M.* Dedi hæc
farcienda. B. Ego verò in hiſce meis magis commo
tatem ſpecto veſtitûs, quàm ornatum. Uncinuli iſti
orbiculi ſunt laxati. Tu improbe, inconſideratè ſe
per diſſolvis. M. Ego potius utor globulis & ocell
quod eſt decentius, & minus in induendo & exuen
moleſtum. B. Non eſt idem omnium judicium in h
aut in reliquis omnibus. *Pectorale* hoc tunicæ con
to in arcam, nec proferas, totâ æſtate: Aſtrigmen
hæc ſtrenuè ſunt exarmata ſuis ferreis: Limbus hic
diſſutus & diſcerptus; cura reſarciendum: ſed vi
ne aſſuantur deformes commiſſuræ. G. Non pote
id perfici ante ſeſquihoram. B. Affige ergo aciculâ,
pendeat: dato periſcelides. G. Adſunt: calceol
cum crepidis longi obſtraguli paravi tibi, pulvere be
excuſſo. B. Calceos potius exterge ſitu, ac niti
M. Quid eſt ligula in calceo? de quâ inter Gramm
eos fuit controverſia peracerba, (ut ſolet de omnib
dicendum ne eſſet, ligula, an lingula. B. Illa aſſu
calceis Hiſpanicis in ſumma planta, hic non hàbe
M.

M. Et in Hiſpaniâ jam deſueſcunt apponere, calceatu Gallico. B. Accomoda mihi tuum pectinem eburneum. M. Ubi eſt tuus ligneus & quidem *Pariſienſis*? B. Non audîſti me heri objurgantem Gomezulum? *M.* Objurgare vocas tu ferire? B. Hoc illud erat: fregerat quinque aut ſex radios pectinis ex denſis, ex rarioris penè omnes. *M.* Legi nuper ſcriptorem quendam præcipere, ut eburneo pectine pectamus caput, quadragies ducto à brechmate ad verticem, & inde ad occipitium. Quid agis? hoc non eſt pectere, ſed mulcere: cedo pectinem. B. Neque iſthuc eſt pectere; ſed radere aut verrere: Credo habere te caput teſtaceum. M. Et ego te butyraceum; adeo non audes attingere. B. Vin' tu igitur ut mutuò arietemus capita? M. Nolo tecum contendere inſaniâ, nec commîttam bonam mentem meam cum tuâ dementia. Ablue jam tandem manus & faciem: ſed os potiſſimum, ut mundius loquaris. B. Utinam adeò citò animum perpurgarem, ut manus! dato malluvium. M. Confrica paulo diligentius nodos iſtos manus, quibus hærent ſordes denſiſſimæ. B. Falleris: nam puto eſſe potius decoloratam pellem, & rugatam. Abjice has malluvias, Gomezule, in cloacam illam, & cedo mihi reticulum, & pileum clavatum, Affer jam ocreas. G. Itinerariane? B. Non, ſed urbanas. G. Vis cucullionem, an pallam? B. Sumus foràs prodituri? M. Quid ni? B. Affer igitur lacernam. M. *P*rodeamus jam tandem, ne amittamus è manibus deambulandi tempus. B. Duc nos, Chriſte, per vias tibi gratas, in nomine *P*atris, & Filii, & Spiritus Sancti: Amen. O quam formoſa aurora! verè roſea, & (ut poëtæ vocant) aurea. Quàm gaudeo me ſurrexiſſe! exeamus urbem. M. Exeamus, nam ego hac tota hebdomade pedem porta non extuli: ſed quò ibimus primùm, inde, quâ? B. Ad arcem, an ad mœnia Carthuſiana? M. An potius ad prata divi Jacobi? B. Minimè illuc de mane: ad ſeſſum potius. M. Ad Carthuſianos ergo, per Franciſcanos, & Biſtum, inde per portam Bruxellenſem tum redibimus per Carthuſianos ad rem divinam. Ecce tibi

Joannium ! Sis salvus, Joanni. J. Et vos plurim
Quid istuc est insolitum? tam bene manè surrexi
B. Ego verò arctissimo somno eram consopitus :
Malvenda hic clamando & tundendo, avellit me è
ctulo. J. Recte fecit : nam totum te reficiet, ac rec
abit hæc deambulatio. Eamus ad pomœrium: ô
mirabilem & adorandum artificem tantæ pulchritu
nis ! non immeritò vocatur opus hoc mundus, &
Græcis κόσμος, quasi ornatus & elegans. M. Ne co
tentè deambulemus, sed lentè ac molliter. Confici
mus, quæso, in hac mœniali ambulatione duo aut tr
spatia ; ut ociosius & liberius tam decoram speci
contemplemur. J. Attende. Nullus est sensus qui no
egregia aliqua voluptate perfundatur. Oculi primum
quæ varietas colorum ? qui vestitus terræ, & arborum
qui tapetes? quæ picturæ comparari huic possunt? h
sunt naturalia & vera, illa altera ficta & falsa. Non i
juria vates ille Hispanus, Majum appellavit pictore
mundi. Jam aures: qui concentus avium, potissimu
lusciniæ ? ausculta eam è salice, à qua (ut Plinius i
quit) perfectæ Musicæ scientiæ modulatus èditur se
nus. Animadverte accurate : & annotabis varietate
omnium sonorum. Nunc non interquiescit, sed conti
nuo spiritu in longum æquabiliter, sine mutatione
nunc inflectitur; jam minutius, & concisius canit: nu
intorquet, & quasi crispat vocem; nunc extendit; ja
revocat : aliàs longos concinit versus, quasi heroico
aliàs breves, ut Sapphicos : interdum brevissimos,
Adonicos. Quin etiam quasi Musicæ ludos & schol
habent : Meditantur aliæ juniores, versusque, quo
imitentur accipiunt. Audit discipula intentione ma
na, utinam nos præceptores nostros pari ! & reddi
vicibusque reticent. Intelligitur emendata correctio,
in docente quædam reprahensio. Sed illas ducit nat
ra recta, nos voluntas prava. Adde his : qui odor sp
rans undique sive ex pratis, sive ex segetibus, sive e
arboribus, etiam ex ipsis agris cessantibus & squalid
Sapor, quicquid ori admoveas, vel ex ipso aëre quas
primi & tenerrimi mellis. M, Hoc puto esse quod
nonnul-

nonnullis audivi, apes consuesse mel suum colligere mense *Majo* ex cœlesti rore. J. Ea fuit multorum opinio. Si aliquid vis dari tactui, quid mollius aut salubrius hac aurâ ubique spirante, quæ salutari spiritu per venas & universum corpus sese insinuat. Venit mihi nunc in mentem versuum aliquot Virgilii de Vere, quos utique cantillabo, si me potestis ferre voce meâ non olorinâ, sed anserina: tametsi hanc malo, si non aliàs cygnus, canit dulce, nisi fato suo proximus. B. Ego quidem, ut pro me respondeam, vehementer eos versus aveo audire, qualicunque voce, modo etiam exponas eos nobis. *M.* Nec ego ab hoc dissentio. J.

Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, aliumve habuisse tenorem,
Crediderim: ver illud erat; ver magnus agebat
Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri;
Quum primum lucem pecudes hausêre, virûmque
Ferrea progenies durum caput extulit arvis,
Immissaque feræ sylvis, & sydera cœlo
Nec res hunc teneræ possent perferre laborem,
Si non tanta quies iret frigusque caloremque
Inter, & exciperet cœli indulgentia terras.

B. Non satis intellexi. *M.* Ego, ut reor, multò minus. Jo. Ediscite nunc eos; aliàs intelligites: sunt enim desumpti ex intima Philosophia, ut alia vatis illius permulta. *M.* Quæramus ab Orbilio literatore, quem habemus obvium. Jo. Imo est homo admodum obvius: salutemus modo, & sinamus abire hominem rabiosum & plagosum, ingentis supercilii, imbutum magis literis quam eruditum: tametsi persuasit sibi serio, se esse literatorum alpha. Cæterum dixi mus de corpore. *M.* Quid porrò? B. Animum & mentem quantopere exhilarat & excitat hujusmodi aurora! nullum est tempus ad ediscendum æquè idoneum, nullum ad percipiendum continendumque quæ audias, quæque legas, nec aliud ad meditandum & excogitandum, quocunque applicaris animum: Non immeri-

quidam dixit: Aurora gratissima Musis. B. Sed jam extimulor appetentia: redeamus domum jen tum. M. Quid tandem? B. Panem, butyrum, cer pruna cereola: quæ tantopere videntur nostris panis placuisse, ut illorum nomine pruna omnia m cupent: Vel si hæc non sint domi, decerpemus fo aliquot buglossæ & salviæ, quæ addamus butyro. Bibemus vinum? B. Minimè vero; sed cervisiam, quidem tenuissimam ex flava ista Lovanienſi: aquam puram & liquidam, haustam è fonte Latin aut Græco. *M.* Quem tu fontem Latinum voc quem Græcum? Illum qui juxta portam est, Gr cum solet nominare Vives; ulteriorem illum, La num: causas ipse reddet tibi, quum illum co venies.

DOMUS.

Jocundus, Leo, Vitruvius.

JOcund. Est tibi notitia cum insulario amplæ atq elegantis hujus insulæ? L. In primis: & est assec patris mei admodum propinquus. J. Rogemus eu ut nobis eam omnem patefaciat: nam ferunt nihil fi ri posse amœnius, nec delectabilius. L. Adeamus, pu semus fores tintinabulo, ne irrumpamus inexpecta Atat. V. Quis isthic est? L. Ego sum. V. O salve m tum puſio dulcissime; unde tu nunc? L. E ludo. Qua igitur gratiâ huc? L. Sodalis hic meus & e vehementer cupimus hasce ædes visere. V. Nunqu spectasti? L. Non totas. V. Ingredimini. Heus pu affer mihi claves ostiorum domus. Primum, hoc vestibulum; patet semper interdiu, absque janito quod nec intra domũ est, nec tamen extra: noctu cl ditur. Contemplamini portam magnificam, valvas è bore, munitas ære, utrumq; limen & infernũ & supe ex marmore alabastrite. Olim Hercules solebat pra ostio domus, ille ἀλεξίκακος, hic est Christus v Deus; nam Hercules erat crudelis homo & male hoc custode nihil mali ingredietur in ædes. J. ὃ δ ὁ δεσπότης αὐτός. V. Quid dixit Græcè? J. Cur

quia ingrediuntur mali? V. Etiamsi mali ingrediantur, nihil tamen inferunt mali. L. Non utimini cardinibus? V. Desiit esse mos apud quasdam nationes. Sequitur ostium atrii, quod atriensis servus custodit, præcipuus in familia, ut mediastinus extremus. Tum atrium spacioſum ad deambulandum, multæ atque variæ in eo picturæ. J. Quænam quæso? V. Illa est cœli facies ichnographica: illa terræ & maris orthographica; illa orbis nuper Hispanis navigationibus aperti sciographica. In tabella ista est Lucretia se interficiens. J. Quid quæso, dicit? nam moriens, ut videtur, loquitur. V. Multæ hoc mirantur, quia non cuique tantum dolet. I. Intelligo quid dicat. L. Quid sibi vult tabella illa tam variè delineata? V. Ea est graphis hujus ædificii: reduc à tabella hac velum. I. Quid hoc est rei? vetulus sugens papillam fœminæ? V. Non legisti exemplum hoc apud Valerium Maximum, titulo de Pietate. I. Legi, quid dicit illa? V. Nondum tantum rependo, quantum accepi. I. Quid ille? N. Juvat genuisse. Ascendamus has scalas cochlides: singuli gradus lati, ut cernitis, ex singulis sunt saxis marmoris Basaltis. Hæc prima contignatio habitatio est domini, cœnaculum superius hospitale est: non quod herus meus faciat cœnacularíam (quod absit) sed paratum est hospitibus amicis, ornatum, semper instructum & vacuum nisi quum adsunt hospites; Hoc est triclinium. I. Bone Christe, quæ feneſtræ speculares! quàm scite depictæ pictura sciographica! qui colores! quam vividi! quæ tabulæ! quæ signa! quæ coassatio! Quænam est historia vitrearum? V. Fabella Griselidis quam aptè & ingenioſè confinxit Joannes Bocatius: sed herus meus decrevit addere rei fictæ rem veram; de Godelina Flandrensi, & Catharina Angliæ regina, quæ superat inventum Griselidis. Signa sunt, primum illud Apostoli Pauli. J. Quod est lemma? V. O quantum tibi nos debemus, tu Christo! J. Quid ipse loquitur? V. Gratia Dei sum, quod sum: & gratia Dei in me vacua non fuit. Alterum illud est Mutii Scævolæ. J. Nec is est mutus, etiamsi Mutius. Quid mutit? V. Non incendet, inquit,

me hic ignis, quoniam alius major ardet intus. Te
um ſignum eſt Helenæ. Titulus eſt, utinam fuiſſ
ſemper talis! minus nocuiſſem. Jo. Quid ſignat
cus ille ſeniculus recalvaſter, indice ad Helenam ver
V. Homerus eſt: dicit Helenæ, quæ malè tu feciſti, e
bene cantavi. J. En lacunar! eſt deauratum, admi
margaritis. V. Margaritæ quidem ſunt, ſed precii e
gui. Jo. Quo ſpectant feneſtræ? V. Hæ in hortos, i
in impluvium. Hæc eſt diæta, ſeu æſtiva cœnatio.
vobis cubiculum & conclave. Cubiculum ornatum
tapetibus, pavimento contabulato, ſtoriis tecto: & i
gines aliquot divæ virginis, Chriſti ſervatoris: I
alteræ ſunt Narciſſi, Euryali, Adonidis, Polyxenæ,
dicuntur fuiſſe formoſiſſimi. J. Quid ſcriptum eſt in
mine ſuperiore oſtii? V. Recipe te in portum tranqu
litatis affectuum. J. Quid in interiore poſte forium
Ve. Ne induxeris in portum tempeſtatem. In concla
illo clauſo aſſervantur fere prima utenſilia. Hoc alt
rum membrum eſt hybernum: vides omnia obſcurio
& magis tecta: tum hypocauſtum. J. Amplius, m
ſententiâ, quam pro cœnatione. V. Non animadver
etiam cubiculum interius eodem vaporario excalfie
J. Dicunt cubicula eſſe calidiora, ubi nullum ſit fuma
V. Non ſolēt eſſe in æſtuariis. I. Quæ eſt illa camera t
eleganter fornicata? V. Lararium ſeu ſacellū, ubi agi
res divina. J. Ubi latrina? V. Supernè in granario hab
mus foricam, ne oleat: in cubiculis enim ſcaphiis u
tur herus meus, & trullis, & matulis. J. Turricu
illæ & pyramides, & pilæ & indices ventorum, o
nia qua venuſtate! quam admirabili arte! V. D
ſcendamus. Hæc eſt culina, hoc promtuarium, h
cella vinaria, illa penuaria, in qua mirè infeſtan
rapacitate furum. Jo. Qua tandem eſt huc furi
ingreſſus? omnia video probe clauſa, & feneſt
cum clathris ferreis. V. Per rimulas, & foram
L. Mures ergo ſunt & muſtelæ, quæ vobis univerſ
penum diripiunt. V. Illud eſt poſticum domus, cl
ſum ſemper duabus ſeris, affixa & penſili, niſi qu
adeſt dominus. L. Cur feneſtræ hæ non habent can

os? V. Quoniam raro aperiuntur, ſpectant enim ad nguſtum angiportum, ut cernis, & obſcurum; raro uiſquam hic aſſidet, aut profert caput; ideo & cla-hrare eas ſtatuit herus meus. L. Quibus clathris? V. ortaſſe ligneis, nondum eſt certum: interea repagu-um hoc ſufficit. J. Quam amplæ columnæ, & porticus lena majeſtatis! Vide ut Atlantes illi & Caryatides pecimen præferunt enitentium, ut ſulciant ædificium e ruat, quum nihil agant. L. Tales ſunt multi qui agna videntur præſtare, quum ocioſi & ſegnes vivant: ci, fruentes alienis laboribus. Sed quænam eſt domus la inferior, huic adjuncta, tam male materiata & ri-oſa? V. Eſt vetus ædificium, quod, quia ducebat ri-as, & vitium faciebat ingens, herus meus decrevit anc alteram à fundamentis erigere: illa nunc nidula-o eſt avium, & habitatio murium: ſed breviter eam molienur.

SCHOLA.

Tyro, Spudæus.



Ullam elegans gymnaſium & magnificum! haud eſſe in Academia hac reor ullum præſtantius. S. ctiſſimè judicas: Adde etiam, quod magis ad rem cit, nec alibi eſſe eruditiores magiſtros, aut pruden-ores, quique majore dexteritate tradant doctrinam. Oportet igitur magna hîc fieri diſciplinarum operæ recia. S. Et quidem magnis compendiis diſcendi. T. uanti docent? S. Amove te hinc ocyus cum interro-tione iſta tam prava, tamque importuna. In re tanti omenti inquirendum eſt de mercede? nec ipſi qui cent, paciſcuntur: nec diſcipulos convenit id vel gitare. Ecquod precium poteſt eſſe par? nunquâm-Ariſtotelicum illud fando audiviſti? Diis, parenti-s, & magiſtris, parem gratiam non poſſe rependi. De-creavit totum hominem: parens genuit corpus, ma-ſter format animum. T. Quid docent iſti, & quàm ? S. Habent ſua ſingulii auditoria ſeparata: & ſunt ctores varii. Alii prima elementa artis Grammati-laborioſè atque erumnoſè pueris toto die ingemi-

nant

nant: alii penitiora tradunt artis: alii rhetori
dialecticam, & reliquas disciplinas enarrant, quæ
rales seu ingenuæ dicuntur. T. Cur eo nomine?
Quia illis decet unumquemque ingenuum imb
Contra, quæ sunt illiberales, circumforaneæ, sord
quæ vel labore corporum, vel manibus exercentur,
vis potius congruunt, & hominibus qui ingenio par
valent. In istis sunt alii tyrones, alii batalarii. T. Q
isthuc verbi est? S. Et tyrones & batalarii ex mil
sunt nomina desumpta. Tyro vetus est verbum,
eo, qui in militia exerceri incipit: batalarius Gall
nomine dicitur is miles, qui jam semel prælio (qu
illi batalam vocant) interfuit, collatis signis; & n
num conseruit cum hoste: ita in palæstra literaria
talarius cœpit nuncupari Lutetiis, qui publicè de a
quapiam disputasset. Hinc designantur doctores, q
à licentiâ Licentiatos appellant, melius Designati
cerentur: postremò doctoram adipiscuntur, impos
in celebritate Academiæ pileo, ut quasi donentur lib
tate, & fiant emeriti. Is est hic supremus honor
summus dignitatis gradus. T. Quis est ille in tanto
mitatu, quem clavarii præcedunt cum clavis argent
S. Is est rector Academiæ: multi eum assectantur
ficii gratia. T. Quoties in die docentur pueri? S. A
quot horis, una penè antelucana, duabus matutinis
duabus pomeridianis. T. Tam diu? S. Ita fert mo
vetus Academiæ institutum: quin & discipuli dua
horis, quæ à magistris acceperunt, retractant & re
lunt, & quasi mansum cibum ruminant. T. Tantis
moribus? S. Nunc se exercent. T, Ad quidnam?
Ad discendum. T. Imò verò ad clamandum: viden
enim non disciplinam meditari, sed præconium. Et
alter planè furit: nam si haberet sanum cerebrum,
ita vociferaretur, nec gesticularetur, nec se torquer
S. Hispani sunt & Galli paulò ferventiores: & ut
diversorum dogmatum, tanto ardentius concert
quasi pro aris, & focis, ut dicitur. T. Quid? doct
hîc sequuntur diversa scita? S. Interdum tradunt
cita contraria. T. Quos auctores interpretantur

on eosdem, omnes; sed ut quisque est peritia & inge-
io præditus. Eruditissimi, & acerrimo judicio scrip-
ores sibi sumunt optimos quosque, & eos quos classi-
os vos grammatici appellatis: sunt qui ex ignorantia
eliorum ad proletarios descendunt, atque etiam ca-
ite censos. Ingrediamur; ostendam vobis publicam
ymnasii hujus bibliothecam. Hæc est bibliotheca, quæ
x magnorum virorum præcepto ad ortum æstivum
ectat. T. Papæ! quantum librorum, quantum bono-
um auctorum! Græci, Latini, Oratores, Poëtæ, Hi-
orici, Philosophi, Theologi, & imagines autorum. S.
t quidem, quantum effici potuit, ad vivum expressæ,
que eo precioſiores: foruli omnes, & plutei querni
ut cupressini, cum suis catenulis: libri ipsi plerique
mnes membranacei, & variis coloribus miniati. T.
uis est primus ille rusticano ore, naso repando? S.
ege titulos. T. Socrates est, & dicit, Cur in Bibliothe-
collocor, qui nihil scripsi? S. Respondent sequentes,
lato & Xenophon, Quia, quod alii scriberent, dixisti.
ongum esset persequi singulos. T. Hem! qui sunt illi
jecti in grandi illa strue? S. Catholicon, Alexander,
ugucio, Papias, sermonaria, dialecticæ & physicæ, so-
histicæ: hi sunt quos capite censos nominabam. T.
no capite diminutos. S. Soluta sunt omnia: tollat
ui volet; molesto nos liberabit onere. T. Vah! quot
inis esset opus ad istos asportandos? miror non esse
latos, quum tanta sit ubique asinorum frequentia.
liquando in eundem cumulum conjicientur Bartoli &
ldi, & hujus farinæ homines. T. Imo furfuris. S.
on id esset humanæ tranquillitati damnosum. T.
us! quid rei sunt illi in tam fluxis cucullionibus? S.
escendamus. Batalarii sunt, qui in palæstram ingredi-
tur altercatoriam. T. Quæso introduc nos illuc. S.
gredere, sed tacitè ac reverenter. Aperi caput, &
ecta attentus singula: nam magnis de rebus disseritur,
quas plurimùm conducat cognoscere: ille, quem se-
ntem aspicis sublimem solum, & præses est certami-
, & contentionum decretor, quasique agonotheta:
imum ejus munus est loca concertantium designare,

ne ulla sit confusio, aut perturbatio præire volenti
T. Quid sibi vult pellitum epitogium? S. Ea est ep
stris doctoralis, insigne ordinis ac dignitatis illius.
mo est in paucis eruditus, quique, & in lectione ca
datorum Theologiæ primas tulit, & ad eum doctissi
quisque primas defert ex hoc ordine. T. Et Bard
aiunt lectum esse primum suo anno. S. Is vero v
competitores omnes ambitu & astu, non scientia.
Quis est macilentus ille & pallidus, quem reliqui im
tunt? S. Is est propugnator, qui impetum omnium
stinet, & ex immodicis vigiliis maciem ac pallor
contraxit: magnos is habet in re Philosophica & T
ologica progressus. Au! tace jam, & ausculta. N
qui nunc oppugnat, acutissimè ac subtilissimè solet
cogitare argumenta, & acerrime urget propugnator
omniumque sententia cum summis in hac disciplı
comparatur, & sæpe adigit concertatorem ad recant
dum. Perpende quomodo ille conatus est eludere, q
modo alter confutavit valide ratione inconfutabili,
quam ille diluere non potuit: jam & jaculum hoc
inevitabile, argumentum hoc est plané Achilles inev
cibilis; jugulum petit: non poterit propugnator
tueri, statim dabit manus, nisi subterfugium aliqu
mittat ei divus aliquis in mentem. Hem! profligata
quæstio, solertia decretoris. Jam solvo tuam lingu
loquere quantum voles: Nam iste, qui nunc impugn
vappa est, pugione pugnat plumbeo, & altius tan
clamat, quam cæteri, Observa, videbis eum à pug
raucum discedere: hoc est ei perpetuum; & quantu
cunque repulsa sint ejus tela, urget nihilo secius pe
naciter quidem, sed inefficaciter, nec unquam vult
bere argumentum suum pro derelicto, nec acquies
vel defendentis responsioni, vel decreto præsidis.
qui nunc certamen ingreditur, delicatulè petit ven
à decretore, comiter præfatur, argumentatur inval
discedit semper fessus, etiam anhelans, tanquam ar
munere fortiter perfunctus, discedamus.

CUBIC

CUBICULUM ET LUCUBRATIO.

Plinius, Epictetus, Celsus, Didymus,

PLin. Hora est à meridie quinta. Heus Epictete, claude mihi fenestras istas, & infer huc lumina ad ucubrandum. E. Quæ lumina? P. Interea dum hi adnt, candelas sebaceas aut cereas: ubi recesserint, tolis eas, & statuetis hic mihi lychnum. C. Quorsum ? *P.* Ad lucubrandum. C. Quin studes potius de ane? tum enim videtur & temporis ratio, & qualis corporis, invitare; cum est minimum vaporum cerebro, peracta concoctione illa evaporatoriâ. P. tiam hac hora tranquillissima est; quum quiescunt & ent omnia, atque iis qui prandent & cœnant non inmmoda: Nam sunt qui cœnant tantum more prisi: alii prandent solum ex placitis recentium mediorum; alii & prandent & cœnant more Gothico. C. n non ante Gothos erant prandia? P. Erant, sed leia. Gothi morem invexerunt, bis in die saturum firi. C. Qua de causâ Plato mensas Syracusanas damr, in quibus quotidie exaturentur bis? P. Ex eo lligas, fuisse rarissimas. C. Sed missa istlhæc faciamus. ur lucubras ad lychnum potius quàm ad candelam? . Propter flammam aquabilem, quæ minus lædit culos. Illa enim crispatio myxi officit oculis, & fevidor inamœnus est. C. Utere cereis, quorum odon est ingratus. P. Myxus est in his magis tremulus, c vapor salubris: & in sebaceis ellychnium est linem plerumque, non xylineum: ut propolæ isti ex bus omnibus quærunt compendium cum fraude. Inde oleum in lucernam hanc, profer acu myxum, & fungа. E. Quàm hæret fungus acui! signum dicunt e pluviæ, quemadmodum est apud Virgilium, Scinllare oleum, & putres concrescere fungos. *P.* Affer am furcinulam, & emunge candelam hanc: ne procias fungum in pavimentum, ne fumiget: sed oppri-

me intra furcinulam, quando est contecta, Profer
pallam lucubratoriam, prælongam illam pellitam
Ego te tuis libris commendabo, Minervam tibi o
propitiam. *P.* Paulum malim: vel, quod dicere
bui, Christum Jesum, Dei sapientiam. C. Fort
Christus Minervæ fabulâ adumbratur, ut quæ ex
vis cerebro sit nata. P. Statue mensam super tibie
in cubiculo. E. Mavis mensam, quàm pluteum? P.
am, hoc quidem tempore: sed pone supra men
pluteolum. E. Stabilem, an volubilem? P. Quem
les. Ubi est Didymus meus à studiis? E. Eo il
accersitum. P. Et huc adducito puerum exceptor
nam lubet aliquid dictare. Da mihi illos calamos
pennas duas aut tres cannæ amplæ, & thecam pulv
riam. Profer mihi ex armario Ciceronem & Dem
henem, tum ex pluteo codicem excerptorium, &
gesta majuscula? Audin'? & mea schedia, in qui
libet nonnulla expolire. D. Non arbitror esse sch
tuas in pluteo, sed in scrinio conclavis. P. Id vero i
scrutator. Affer mihi Nazianzenum. D. Non no
P. Liber est minimè spissus, consutus, & tectus m
brana ruditer. Affer quoque codicem quintum à
ino. D. Quod est lemma illius? P. Xenophontis c
mentarii, liber est expolitus, tectus corio, cum u
nulis & umbilicis cupreis. D. Non invenio. P. N
memini, in quarto loculamento eum reposui, i
prome. In eo loculamento non sunt nisi libri s
am rudes, quales recens afferuntur ab officina.
quod corpus Ciceronis poscis? nam sunt qu
Secundum. E. Nondum est relatum à librari
natore, cui dedimus nudius, ut puto, quintus. D
placet tibi hæc penna? P. Non sum in eo valde f
tus: quæcunque in manus venit, eâ sic utor tan
bona. D. Hoc habes Ciceronis. P. Conquiescit
clude mihi Ciceronem, aperi, evolve adhuc t
quatuor folia ad quartum Tusculanarum quæst
quære ibi de mansuetudine & lætitia. E. Cujus
hi versus? D. Ejus ipsius, quos de Sophocle v
quod facit sane lubens, ac proinde sæpe. E. Erat,

d carmen componendum satis aptus. D. Aptissimus
e facillimus, nec ut illo seculo infelix, contrà quàm
xistimant plurimi. E. Sed tu quomodo intermisisti
udium poëtices? P. Aliquando repetemus, succisis horis, ut spero: nam habet multum levamenti ab
udiis gravioribus. Defessus sum jam studendo, medi-
ando, scribendo: sterne mihi lectum. E. In quo cu-
iculo? P. In lato illo, & quadrato: & tolle ex an-
ulo anaclinterium, transfer in cœnationem, pone su-
er culcitram plumeam alteram tomenti lanei: vide
t fulcra lecti sint satis firma. E. Quid refert tua, qui
on cubas in alterutra spondarum, sed in medio? salu-
rius foret, si lectus esset durior, & qui corpori re-
isteret. P. Tolle cervical, & pro eo repone pulvinos
uos, & in hoc æstu malo plagam illam quam arcta ist-
æc linea. E. Sine lodice? P. Etiam. E. Algebis:
am surgis ab studiis extenuato corpore. P. Injice er-
o peristroma aliquod leve. E. Istud? nullum aliud
agulum? P. Nullum: si sentiam frigus in lecto,
oscam plus vestium; aufer illa peripetasmata: nam
culices excludendos malo conopeum. E. Culices
aucos hic sensi, pulices & pediculos satis multos. P.
go verò miror te aliquid sentire, qui sic dormias &
rtas. E. Nemo dormit melius quàm qui non sentit,
uàm malè dormit. P. Nihil horum animalculorum,
bus per æstatem in cubiculis infestamur, tam mo-
et pauseam: quam cimices, odore illo teterrimo. E.
bonus proventus est eorum Lutetiæ, ac Lova-
. Est genus ligni, quod illos creat Lutetiæ, &
ovanii. Colloca hic mihi horologium exci-
m, & obicem infigito in horam quartam matu-
am: neque enim volo diutius dormire. Excalceo
e, pone hic sellam plicatilem, in qua sedeam; matu-
in scabello sit mihi juxta lectulum parata: Nescio
uid hîc olet male: suffias paulum thuris, aut juni-
eri. Cane hic mihi lyrâ aliquid lectum ingredienti
ore Pythagorico, ut citius obdormiam, & somnia
nt placidiora, Epic.

NATIONAL LIBRARY OF SCOTLAND

Somne quies rerum, placidiſſime ſomne deorum,
Pax animi, quem cura fugit; qui pectora longis
Feſſa miniſteriis fulcis, reparaſque labori.

CULINA.

Lucullus, Apicius, Piſtillarius, Abligurinus

LUcul. Es tu popino? Ap. Sum. L. Ubinam a
Ap. In popina galli gallinacei: num eges me
Etiam, ad nuptias. Ap. Sine me domum tranſcurr
ut præcipiam uxori quemadmodum ſint tractandi
neones, quos ſcio non ſolere in hac civitate deeſſe,
etiam adventores. L. Audin' tu? reperies me in
lapideo, in ædibus ſutorum. Ap. Continuò adero.
Bene eſt, ingredere culinam. Ap. Heus Piſtillari
tu Abligurine! ignem in Lare extruite ſub fu
grandibus lignis, & quantum fieri poterit acapnis.
Putas te eſſe Romæ? hic tabernas coctilitias non h
mus, è quibus ligna coctilia promuntur: habebis b
arida. Ap. Ni ita ſit, tu, Abligurine, ſuffitor pe
oculos ſufflando. Ab. Imo bibam largius: væ vino.
Væ aquæ: nam vinum hodie non attinges, ſi ſim ſa
Nolo mihi evertas ollas, & auxillas confringas, & c
corrumpas. Ab. Non vult ardere hic ignis. Ap. I
faſciculum aliquem ſulphuratorum, & fomitem,
ſtula aliquot cum his aſſulis. Ab. Extinctus eſt p
ſum. Ap. Tranſcurre ad ædes proximas cum bat
& affer nobis torrem aliquem prægrandem, & pr
bene incenſas. Ab. Metallarius eſt illic dominus,
ſinet carbonem unum ſub fornacibus ſibi detrahi, c
oculum. Ap. Non eſt metellarius, ſed metallicida
ergo ad furnum. Quid affers: Titionem magis
torrem. Ab. Non habebant prunas carbonis. Ap.
(malum) carbonis? ceſpitum, hic dixeris. Tu f
la hac move ligna, & agita fomitem, ut ignem c
piat: ſume pyrolabem, aſine. Ab. Quid rei eſt i
verbum? Ap. Forceps igniaria, pruniceps. Ab.
mihi cum verbis Græcanicis? quaſi deſint Latina.

Etia

iamne asini sunt grammatici? Ab. Quid mirum, um & grammatici sint asini? Ap. Fac finem alterndi: volo carbones aliquot, aut cespites accendas lii in hoc foco, ad testuacea lentè inconquenda: Susnde alienum ad ignem ne desit aqua calida: tum in cabū injice armū illum vervecinæ cum bubulâ salitâ, cumam igni admove cum vitulina & agnina; in chyopode elixabimus orizam. Ap. Quid pulli? Ap. Coentur in auxillâ ærea, quæ stanno est illitâ, quo sapr sit gratior; sed non tam maturè veruâ proferes h noriam, & pinguaria; lupum hunc sines in aqua sitare paulisper, tum exenterabis. Ab. Carnes & sces in eadem mensa? Ap. Maximè, more Germaco. Ab. Atqui hoc non placet medicis. Ap. Medicinon placet, medicis placet. Ego stipitem hunc ammaticum tantum esse existimabam: medicus erim est. Ab. Nunquàmne de quæstione illâ audivisti, rum sint in civitate plures medici, an stulti? Ap. uis te detrusit in culinam, quum sis tam saperda? Ab. dversa mea sors. Ap. Imo, quod manifestum est, gnities tua, & socordia, & gulâ, & luxuriâs, & inluvies, & animus degener ac abjectus: ideo ambulas udis pedibus, semiamictus veste obsoletâ, & natibus reviore. Ab. Quid tibi cum meâ paupertate? Ap. ihil omnino, nec velim esse. Sed ad rem, ne præter em plura quam oportet. Satisne sunt hæc jussa, superue infixa, & inculcata? Scilicet vobis nunquam sais, Da mihi meam braccam: nam foras lubet prodie: continuo adero: Cedo tudiculam, insigne artis ostræ: hoc est meum fulmen & tridens. P. Heus bligurine! statue hydrias illas in urnario, & hanc ubulam abluito diligenter, & confricato in labro. Ab. t àmne tu hîc quoque imperas? Unus imperator nis castris sufficit: non sufficiet culinæ unus? facito pse, tu es acrior exactor operæ, quàm ipse magister ulinæ. Non vocabo te posthac pistillarium sed stimum acutum. P. Imo voca me onocentron. Frange u ergo vitulinam hanc in epixenio. Commitue paum hujus casei, ut spargamus super hanc offam. Ab.

Quomodo? manu? P. Non, sed tyrocnesti: I
huc guttas aliquot olei ex lecytho. Ab. Dicisne e
capsace? P. Statue hic mortarium. Ab. Quo
rum? P. Illud æneum, cum pistillo ejusdem m
Ab. Quâ gratiâ? P. Ad terendum petroselinum
Ab. Satius est in pila id fieri marmorea, pistillo li
P. Quæso, cantilla, sicut consueviisti. Ab. Ego
Cæsar esse, ambulare per Britannos, Scythicas
pruinas.

Ut sapiant fatuæ Fabiorum prandia betæ,
O quàm sæpe petet vina piperque coquus.

P. Fabiorum, an fabrorum? Ab. Quære à ludimag
loripide, & pro fabris & Fabiis referes egregium
phum in genâ vel in bucca. P. Sic est homo? Ab
strenuus, & fortis, & manu promptus: celer
manuum compensat linguæ tarditatem. P. Ced
nulam cervisiariam: exsiccatum habeo palatum,
tur, fauces. Ab.

Et gravis attritâ pendebat cantharus ansâ,
Claudere quæ cœnas lactuca solebat avorum,
Die mihi cur nostras inchoat illa dapes
Filia Picenæ venio Lucanica porcæ,
Pultibus hinc niveis grata corona datur,

Ab. Unde tu didiciisti adeo ῥαψῳδεῖν. Ab. Insc
nuper in Calabria ludimagistro cuidam poëtastro:
sæpenumero cœnam aliam non dabat mihi, quam
tillationem centum versuum, quibus mirificum a
saporem inesse. Ego vero paululum panis & o
maluissem: aquæ erat satis domi, & licebat nob
puteo bibere ex animi sententiâ: inde ego quum
riens concessissem cubitum, pro epulis versus illo
minabam & concoquebam, nec mihi aliud visum e
medium ad bulimiam illam depellendam, quam
nariam arripere. Ap. Quæ illi præbebas minis
Ab. Quæ Cæsar reipublicæ. Ego eram illi omnia:
illi à consiliis, etsi nihil unquam ageret consilio:
cretis, quum nihil haberet secreti, ne latrinam qui
ego fundebam ei aquam lavandis manibus, quas
quam abluebat: ego servabam ejus thesaurum.

Quem thesaurum? Ab. Schedas aliquot pessimarum cantilenarum, quas tineæ exedebant, & opici mures corrodebant. Ap. Imo docti mures, qui malis poëmatis dentem infigebant.

TRICLINIUM.

Aristippus, Lurco.

QUid tu tam serò surgis, & quidem semisomnis? L. Mirum est me esse toto hoc die experrectum, adeò heri edimus & bibimus. A. Imo, ut apparet devoraſti, ingurgitaſti, obstruisti te epulis & vino: sed ubinam oneraſti celocem? L. Apud Scopam in convivio. A. Quin potius more Græco συμποσιον vocaris, quam, Latino verbo, convivium? L. Bucca buccam impellebat, intrituræ & condimenta vellicabant, atque instigabant desidem stomachum & apperentiam non patiebantur delassari: A. Refer quæso, ordine omnia, ut vel auditione ipsâ videar mihi interesse, & quasi vobiscum potare: ut ille qui in caupona Hispaniæ duos grandes panes comedit ad nidorem perdicis assæ: qui nidore utebatur pro opsonio. L. Quis enarrârit omnia? majus negotium id fuerit, quam vel emisse vel aparasse, vel, quod omnia superat, comedisse. A. Assideamus in hoc salicero, ad crepidinem hujus ripulæ, & quando sumus otiosi, pro collocutione aliis de rebus utemur hac ipsâ, gramen erit nobis vice pulvinorum: innitere hac ulmo. L. In herbâ? an non humor nocebit? A. Quid? insanis, humor in ortu caniculæ? L. Ante recusabam, nunc animus prurit mihi recensere tibi plus quam postulas. De convivio solum quærebas: accipies, etiam de domino, & de triclinio, rogabas ut loquerer, efficiam ut mox paulò silentium roges, indicas, imperes; ut Arabius tibicen, qui ad canendum obolo conducitur, ad tacendum tribus. A. Tu vero quantum libuerit, non eris molestus; quandoquidem in opaco loco consedimus; & orationem tuam carduelis illa vel adjuvabit, vel ad harmoniam moderabitur, ut orationem Caii Gracchi servus fistulator. L. Quid isthuc est rei?

rei? A. Postquam tu feceris narrandi finem, audies
Gracchis & Graculis, & de Græculis. L. Deambula
mus forte transverso foro, ego & Thrasybulus, n
plusculum otii quàm solemus: adjunxit se nobis S
pas. Is à nobis post primas salutationes, & bland
congressum, cœpit vehementer contendere, ut poste
die, qui hesternus fuit, apud se essemus. Excusare n
primum, alius alia: ego autem vadimonium grave,
apud prætorem valde irritabilem. Sed ille, ut liben
ostentat suam magnificentiam, quasi de capite age
tur, orsus est accuratum sermonem. Quid multa?
diximus, ne molestus esse pergeret. A. Scin' quæna
fuerit causa convivii? L. Quæ tandem, quæso? A.
quidem ipse homo locuples, ornatus argento, ves
supellectile: sed emerat phialas argenteas tres deau
tas, & pateras sex: perisset precium, ni aliquos in
tasset, quibus ostentaret: & alioqui cum ille existim
esse divitiarum fructum; habetque uxorem, à qua e
timulatur ad profusionem, quam illa magnificenti
nuncupat. L. Heri ergo sub meridiem convenimus
ejus triclinium. A. Qualis erat cœnatio? L. Hypæth
in opaco frigore: omnia sanè apparata, ornata, excul
nihil deerat ad elegantiam, splendorem, & lautiti
Planè primo ingressu exhilarati sunt omnium ocul
animi, aspectu illo pulcherrimo atque amœnissim
Erat abacus ingens, plenus bonis vasis materiæ om
ex auro, argento, crystallo, vitro, ebore, murrha;
etiam vilioris materiæ, stannea, cornea, ossea, lign
testacea, seu figlina, in quibus ars commendabat ut
tatem substantiæ: nam erant toreumata permulta, o
nia expolita, extersa: fulgor penè perstringebat o
los. Illic vidisses duo magna malluvia argentea, o
deauratis: umbilicus erat aureus, cum insignibus ill
Habebat utrumque malluvium suum gutturnium, q
rum epistomium erat deauratum: stabat & alte
aquiminarium vitreum, fistula deauratâ cum poll
figlino, operis Malacensis probè sandaracato. P
omnis generis, & argenteæ duæ ad vinum genero
mum. A. Ad usum meum ampullas vitreas malim
et

iam teſtaceas, ex iis quæ lapideæ dicuntur. L. Quid cias? ita eſt hominum ingenium, non tam in his quæ-itur commoditas, quàm opinio divitiarum. A. Iſti pulentiſſimi ſæpius videntur aliis tales, ſibi inopes: eo nullus finis proferendi & ingerendi oculis, præ-rtim qui nullam habent aliam bonam artem, qua fi-ant. Sed perge. L. Erat cymatium abaci tapete vil-oſo tectum, ex Turciâ uſque allato: poſitæ erant duæ enſulæ procul ab abaco, cum quadris, & orbibus ar-enteis: unicuique additum erat ſuum ſalinulum; cul-llus, panis, & mantile: Sub abaco refrigeratorium, œnophora grandia. Tum ſedilia varia, ſellæ, biſellia, bſellia, & dominæ ſella plicatilis parata, viſendi ope-s, cum pulvino ſerico, & ſuppedaneo. A. Pone tandem enſam, & explica mappam: nam mihi inteſtina præ me rugiunt. L. Erat menſa cibila ingens, ſegmentata, peris teſſellati antiqui, quæ fuerat principis Dicæar-hi. A. O menſa antiqua, quam diſpari Domino! L. lam ipſe emit in auxione, ſatis magno, ſolum quòd lius fuiſſet, ut aliquid haberet principis. L. Datur qua lavandis manibus, primùm magnis recuſationibus, invitationibus mutuis, & cedendo invicem. A. Idem ctum eſt in conſeſſu, quum quiſque ſe inferiorem al-ero faceret, illum extolleret comitate arrogantiſſima: uum unuſquiſque potiorem ſe reliquis omnibus cen-eret. L. Sed dominus jure ſuo diſtribuit loca: ſacra-eſt menſa à puerulo breviter & perfunctoriè, & non ne rhythmo: Quod appoſitum eſt, & apponetur hriſtus benedicere dignetur. Explicat quiſque ſuum hiromactrum, & injicit ſuper humerum ſiniſtrum: inc cultello repurgat panem, ſi quid non ſatis puta-at à miniſtro purgatum, nam decruſtatus erat appo-tus. A. Sedebatis commodè? L. Nunquam commo-ius. A. Non potuiſti malè prandere: nam reliqua, t ſcio, ſuppeditatum iri redundanter ſi qua modo fu-rant in macello. L. Nuſquam verius, copiaque ipſa ocet. Aſtat menſæ ſtructor, cultellos & furcinulas omponens; ingreditur magna pompâ architriclinus um longo agmine puerorum, & exoletorum, qui ge-abant fercula primi miſſus.

CON-

CONVIVIUM.

Scopas, Crito, Simonides, Democritus, Polæmon.

UBi nobis Simonides? C. Illico dixerat se ver
rum, simulac convenisset debitorem apud fo
Sc. Rectè habet, à debitore facilius se extricabit qu
à creditore. C. Quî istuc? Sc. Sicut in victoria, b
conditiones fert victor, non victus: Nam à debit
quum ipse idem volet; à creditore, quum alter.
conveniistisne omnes, ut erat conditum, relictâ d
severitate, afferentes vobiscum hilaritatem, lepor
venustates, gratias? C. Planè ita spero: & erim
sicut monet Marcus Varro, belli homines. Sc. Reli
meæ curæ sunto, C. Ecce tibi Simonides. Sc. Felici
Si. Et vobis fauste. Sc. Expectatissimè. Si. Planè
sticanè. Nam ad prandendum eram invitatus, non
expectandum. Sed quæso, fui vobis diu in morâ?
Non valde. Si. Cur non accumbebatis sine me? esse
saltem procœmiari de fructibus, quibus ego non adh
dum capior. Sc. Bona verba: te absente assedissem
C. Satis comitatum. Exordiamur jam opus. Q
mum panem & leviissimum: non plus habet pond
quàm si esset spongia; siligineus, sitanius: indu
um habetis pollinctorem. Sc. Roscius est pistrin
rator. Si. Nunquámne in id conjicitur? Sc. Absit:
frugi servus? D. Affer mihi autopyrum. Si.
vero secundarium aut typhaceum. Sc. Cur talem?
Quoniam audivi, & ita sum expertus, minus me
quum panis non est sciti saporis. Sc. Huic puer, a
to ei panem cibarium, & vulgarem, etiam ex arro
ita mavult: ita demum jucundissime convivabitu
quisque, quod maxime collubitum erit, sumpserit.
Panis hic quem tu tantopere probas, spongiosus, a
ticus est: malo densiorem. C. Mihi vero non disp
spongiosus, modo ne sit speusticus: hic vero e
hectas attollit, quod focacei solent facere, quum

is apparet, furnaceus. P. Cibarius hic panis,& ace-
ſus eſt, & acetoſus: typhaceum dicas. Sc. Sic con-
everunt noſtri agricolæ triticum omne, quod huc
portant, acerare prius in villa & miſcere multis ge-
ribus ſeminum: ſapor autem ex fermento eſt nimio:
Nullum hominum eſt genus hoc fraudulentius: non
lefaciunt, niſi quum neſciunt. C. Panis hic non eſt
is fermentatus. D. Puta te hodie Judæum,qui azy-
veſcebantur juſſu Dei. C. Id quidem; quod homi-
s eſſent peſſimi: ut interdicta eſt illis ſuilla, quâ ni-
palato gratius: nec, ſi moderatè ſumas, ſalubrius.
quidem azyma juſſi ſunt comedere cum lactucis
eſtibus, quæ ſunt perquam amaræ. P. Illa omnia
ſus habent altiores: omittamus hæc. Sc. Et qui-
m diſputationem de pane. Si de opſoniis fuerit tan-
controverſia,magna erit in toto convivio diſcordia.
Accidet nimirum, quod Horatius inquit.

Tres mihi convivæ prope diſſentire videntur.
Poſcentes vario multum diverſa palato.

c. Appone lances illas & tympana cum ceraſis &
unis, & malis granatis, & Perſicis pomis, & Perſicis
æcocibus. P. Cur Marcus Varro dixit, convivas non
bere excedere numerum Muſarum,quum de numero
n conſtet? alii enim ponunt tres,alii ſex,alii novem.
Dixit tanquam ſi conſtaret eſſe novem, & ita erat
lgo receptum: unde Diogenis jocus in ludimagi-
um, qui paucos haberet diſcipulos, depictas autem
uſas in ludo: Præceptor, inquit συν ταῖς μυσαῖς
ltos habet diſcipulos. D. Sed eſtne verum, Perſas
mum, hoc quod apud ipſos eſſet lethale, invexiſſe
Græciam,ad peſtem eorum,quibus cum bellum gere-
nt? C. Sic accepi. D. Admirabilis eſt in ingeniis rer-
um varietas. *India mittit ebur*, inquit Virgilius,
lles ſua thura Sabæi: Hem cydoniperſica. Si.Novum
iticnis inventum, priſcis incognitum: Cedo nobis
teram illam cum ficis duricoriis,qui ſunt (ut noſtis)
odromi. Sc. Satis eſt fructuum: expleamus nos re-
aliis ſalubrioribus corpori. C. Quid his ſalubrius?

Sc.

Sc. Nihil, si salubre & sapidum idem sunt, sicut in ridiano somno. C. Ego condono illis nocumen propter oblectamentum. Sc. Non meministi ver lum Catonis, *Pauca voluptati debentur, plura sal* Dato singulis singulas gabaras cum jure carnium sorbeant: id vero & calefaciet intestina, & blandè luet, ad molliendum ventrem. Si. Profecto, puer, te de suilla hac salita. O pernam sapidissimam! m lis est. Brassicas illas cum larido, si mihi vis auscul redde coquo, per hoc quidem temporis; aut serv brumam. Lucanicæ huius scinde mihi bucceam u aut alteram, quo suavius bibam primum cyathum Pareamus medicorum consilio, admonentium, ut cinæ addatur merum: funde vinum. Sc. Sequitur a fabulæ fortassis hoc anni tempore præcipuus. Spe hujus actus apparatum. Primum omnium à calic custos abaci scyphos exposuit vitreos crystallini vi cum vino albo purissimo: aquam putes solo aspe Sanmarrinium est, & partim Rhenense non infect ut solent in Belgiá: sed quale in mediâ Germaniâ bitur. Oenophorus relevit hodie serias duas, alter vini Helvelli, seu flavi ex agro Parisiensi, alteram guinei Burdegalensis: habetis in apyroto alia par fuscum, Aquitanicum, & nigrum è Sagunto; perat q que ex sententiâ palati sui. C. Quid potest nunc lætius? ut nihil est durius, quàm perire siti. Ego rò mallem optimam nobis aquam prospexisses: h nuncium audivissem libentius, quam de vino. Sc. ea deerit. Si. Nuper quum essem in urbe Româ, apud cardinalem quendam vina generosissima, omn riam saporis (nam eram præfecto cellæ vinariæ quam familiaris) vinum dulce, acutum, lene, su austerum. D. Mihi vehementer placet aigleuces *Sic* ferè Belgicis fœminis. Si. In pagis quibusdam liæ flocces apponuntur: secundarium autem vinu tertiarium habent in deliciis. Sed ea villa sunt m quam vina: & alioqui vinum Gallicum toto genere aquam nec ætatem fert: itaque paulo postquam diffusum, bibitur: quippe post annum inclinat illi

fit dubium; tum fugiens, & acuit: quod si manserit utius, emucet, & in vappam vertitur. Hispanum vim, & Italicum bene fert & aquam, & ætatem. D. quid rei est vinum fugiens? vientur probè dolia, & seretur cella, imo & domus claudatur, si sit opus. ut poma fugientia, quæ ætati cedunt, nec servantur, discedere vulgo dicimus: cujus contrarium est vim consistens. D. Funde mihi prius aquam ad dimium calicem, super hanc infundes vinum more veteri. Imò & hodierno multarum gentium: Galli & Germani contra faciunt. D. Quæ nationes volunt bibere uam vinatam, aquæ addunt vinum: quæ vinum uatum, vino super infundunt aquam. C. Quæ verò no aquam non affundunt, quid bibunt? D. Vinum rum putum. C. Etiam, nisi sit prius à vinario irritum. P. Baptizare id vocant, ut vinum sit Christianum: ea erat meo tempore elegantia Philosophica: D. i baptizant vinum, & seipsos exbaptizant. P. Pejus unt, qui injiciunt calcem, sulphur, mel, alumen, & alia tu tetriora, quibus nihil est corporibus perniciosi: in quos publicè deberet animadverti, ut in latrones, aut sicarios: inde sunt enim incredibilia morbonum genera, & potissimum arthritica. C. Ex conspitione cum medicis id agunt, ut utrique rem augeant. Nimis mihi porrigis plenum calicem: deple, quæeum aliquantum, ut sit locus aquæ infundendæ. C. nde mihi in scyphum illum coloris castanei? Quid est? Sc. Nux prægrandis Indica, ab labris argento cumclusa: visne in culullo illo ligni hebeni, quod unt esse saluberrimum? Ne addas tantum aquæ: cis vetus verbum, Perdis vinum, infusâ aquâ? D. o perdis utrumque aquam & vinum. P. Malo umque perdere, quam ab alterutro perdi. Sc. Lune potare more Græco, ex illis pateris, & capaciosus poculis? D. Minimè verò. Admonebas nos moantiqui proverbii: vicissim admoneo te præcepti lini, nolite inebriari vino, in quo est luxuria: Et vatoris nostri, videte ne graventur corda vestra cra-a, & ebrietate. C. Unde est hæc frigida, tam pura

& pellucida? Sc. E fonte proximo. C. Ad vinu
luendum malim ciſternam, modò defæcatiſſima
Quid? putealem? C. Uſibus lavandi aptior eſt,
bibendi. P. Fluvialem commendant plurimi. C.
ſi fluant amnes per venas auri, ut ferè in Hiſpan
ſit quieta, & liquida. Si. Mihi verò in phialâ i
miâ affer aliquantum cerviſiæ, quam puto refri
do corpori hoc æſtu utiliſſimam. Sc. Ex quâ ta
cerviſiâ? *Si.* Ex tenuiſſimâ: nam aliæ nimium i
ſant ſpiritus, & reddunt obeſum corpus. P. Mih
dato; ſed in vitro illo terete. *Sc.* Curre ad cul
Quid illi ceſſant? quin mittunt miſſum aliũ? vide
hinc neminem attingere? Affer pullos gallina
elixos cum lactucis, bugloſſa hortenſi, & intubo
vecinam quoque & vitulinam. C. Adde etiam i
tellis paulum ſinapis, aut petroſelinati. D. Vio
res videtur ſinapis. C. Non admodum congruit
ſrs: iis tamen, qui craſſis & frigidis humoribus re
dant, haud inutilis. P. Idcirco ſapiunt populi ſe
trionales, quibus illa eſt magno uſui, præcipue
craſſis, & duris addita, ut bubulæ & ſalſamentis
Hoc loco exiſtimo pultes & ptiſanas venturas in
pore, leucophagum, ſimilaginem, amylum, ory
vermiculos: edat quiſque ex quibus volet. D.
qui à vermiculis hujuſmodi vehementer abhor
quod autumaret collectos fuiſſe ex terrâ aut co
vixiſſe aliquando. C. Scilicet metuebat ne in a
culo ſuo reviviſcerent. Oryzam ferunt naſci in
mori in vino: Cedo igitur vinum. D. Ne bibe
à cibo calido, intermiſce prius frigidi aliquid &
C. Quid? D. Cruſtam panis aliquam, vel turu
unam aut alteram carnium? Si. Vah! piſces cu
nibus in eadem menſa? mare miſcetur terræ? h
tant medici. Sc. Imo hoc placet medicis. Si.
quia illis utile. Sc. Cur ergo vetant medici? S
ravi, à medicinâ prohiberi dictum oportuit, non
dicis. Sed qui ſunt piſces iſti? Sc. Appone
primum lupum illum aſſum cum aceto & cappa
rum paſſeres elixos cum ſucco lapathi acuti,

xas, luciũm recentem & capitonem: lucium ſalitum
va tibi, thynnum aſſum recentem, & thynnum in
amento, mænas recentes frixas, cruſtulata, in qui-
s inſunt mulli barbati, muræna & truttæ, multis
ditæ aromatibus, gobios, frixos, cammaros & can-
s elixos. Admiſce ſcutellas cum intritis, alliato, pi-
ato, erucato. Si. Ego vero de piſcibus loquar; non
m. C. Si Philologus cœperit de piſcibus movere
troverſiam, hoc eſt, de re incertiſſimâ & controver-
imâ, incipite nobis lectulos inſternere, hic erit cu-
dum. Sc. Nemo dignatur vel guſtare: tolle hæc.
atqui convivia olim Romæ lautiſſima, & (ut ipſi ſo-
erant dicere) pellucibilia, ex piſcibus conſtabant.
Ita ſunt mutata tempora, etſi hoc etiamnum durat
d quoſdam. Sc. Importare aſſa, pullos, perdices,
dos, anaticulas, querquedulas, palumbos, cunicu-
, lepuſculos, vitulinam, & hœdinam, & intinctus
embammata, acetum, omphacium, oxypora, mala
am Medica, & cydonia, & olivas Balearicas conditi-
, quaſſas, & in muria aſſervatas. D. Non adſunt Bæ-
cæ. Sc. Magis ſunt ſaporis ſciti Balearicæ. C. Quid
grandibus illis belluis, anſeri, cygno, pavoni? Sc.
ende tantum & refer in culinam. P. Hem pavonem!
i eſt Quintus Hortenſius, cui erat in deliciis? Si.
lle agninam. Sc. Cur tolletur? Si. Quia eſt inſalu-
s, ferunt eam non alia exire, quám quà intrarit. C.
li quendã devorare oſſa olivarum ſtruthionicè. Sc.
quibus carnibus ſunt arrocreæ iſtæ? C. Hæc eſt ex
vina. Sc. Hæc ex damica: illa eſt, ut puto, aprugna.
Condituras ipſas malim, quã carnes. Si. Planè ita eſt:
am res amaras condimentum reddit ſuaviſſimas. C.
quod eſt vitæ totius condimentum? D. Æquus ani-
s. C. Aliud quiddam ego proferam amplius & au-
ſtius. D. Quid tandem: hoc meo? C. Pietas: ſub
& animi æquitas comprehenditur, & ad res univer-
aſperas, faciles, medias, condimentum aptiſſimum
ucundiſſimum. Sc. Infunde vinum album Hiſpani-
in carcheſium illud, & circumfer per convivas. D.
id paras agere? ſub prandii finem, propinas nobis

vinum forte ac generosum, dilutius erit posthac bi
dum, si consultum cupimus valetudini. Si. Rectè
videris admonere: frigida enim oportet esse in co
vio postrema, quæ pondere suo cibos ad imum ve
culum detrudant, & vapores caput impetentes c
beant. Sc. Tolle ista, muta orbes, & quadras, da sec
dam mensam, nam nemo extendit usquam manum.
Adeo voravi initio avide, ut statim amiserim app
tum. D. Ego item non appetitione, sed impetu fe
ad primas dapes: inde me expleo. P. Nescio quid
de piscibus: id gustum meum prorsum retudit.
Tantumne bellariorum apparatum & cupedines, qu
nihil super est amplius cupediæ pyra, mala, ca
multiplex: sed palato meo congruentissimus est h
pax. C. Non reor hippacem esse hunc, sed Phrygi
ex lacte asini; qualis è Sicilia usque advehitur, co
mellari forma, & quadra: qui quum frangitur, in
minulas finditur, sive philuras. D. Caseus hic,
Britannicus fistulosus est: non erit mea utique sen
tia vobis gratus. C. Sed neque hic spongiosus H
landicus. Parmensis hic est bene compactus, & satis
videtur) recens: & ille Penafellius facile cum P
mensi certarit. D. Non est Parmensis, sed Placentin
C. Etiam, si placet: vulgo Germanorum suaviss
est caseus vetus, putris, confriatus, & vermiculos
Si. Qui talem edit caseum, sitim venatur; & edit,
bibat. Sc. Pistor dulciarius nimium moratur, quin
fert scribilitas, & artolagana testuaceà, & sartagi
consperfione in cacabum injecta olei ferventis, m
superfuso. C. Caryotas da mihi aliquot, & ad ed
dum, & ad servandum fortasse nocte hac nihil edam
ud. Sc. Cape igitur spathalium hoc integrum, vi
malo granatis? P. Heus puer! spolia nobis hanc
mam agrestem, & da quod est esui. Sc. Potionis
admoneo, scitis Aristotelis esse opinionem, tragem
esse inventa, ut ea nos ad bibendum invitent, ne c
in arido coquatur. C. Oportet ergo inventorem fu
vel nautum vel piscem, qui adeo timeret aridita
Sc. Affer ea quæ solent vocari sigillum stomachi,

æ nihil eſt nec edendum nec bibendum : buccella-
m, cydoniatum, coriandrum ſaccaro contectum :
c vero manducandum eſt, non edendum : ſed quod
manſo reliquum eſt aridum expuendum. Collige
ſta & reliquias, in caniſtris : affer aquas odoriferas
ſaceam, flores mali medici, moſchatam. P. Agamus
riſto gratias. Pu. Agimus tibi gratias, Pater, qui
n multa ad hominum uſus condidiſti : annue, ut
o favore ad cœnam illam veniamus tuæ beatitudinis.
Agamus nunc Domino gratias. C. Age tu. P. Imo
t Democritus, qui in hiſce rebus multum valet. D.
atias tibi non poſſum agere pro merito, hoc ſtatu
ip. vides enim omnia à Baccho perturbata, ſed reci-
o quas Dionyſio egit Diogenes ; nam mandavi me-
riæ: tu labenti memoriæ & linquæ titubanti, in tantâ
vione habebis veniam. Sc. Dic quicquid libuerit,
ibetur in vino. D. Defatigaſti teipſum, Scopa, uxo-
n, famulos, famulas, vicinos, coquos, piſtores, ut
s magis comedendo & bibendo delaſſares. Socrates
ienter, qui in mercatum celeberrimum ingreſſus
clamarit : O dii immortales, quàm multis ego non
igio ! tu contra poſſes dicere, Hæc omnia quotula
rtio ſunt eorum, quibus ego indigeo ! Naturæ pla-
t modica, & illis ea ſuſtentatur ac fulcitur : hæc
n multa, tam varia, obruunt naturam. Meritò Pli-
s : Varietas ciborum homini peſtilens, peſtilentior
ndimentorum : referimus hinc domum gravata cor-
ra, referimus animos obrutos ac demerſos cibis &
tionibus, ut nullo hominis officio rite poſſimus fun-
Tu ipſe judicato, ecquam tibi gratiam debeamus.
Hæccine eſt gratia quam habetis ? ſic rependitis
ndium tam opiparum ? P. Ita plane : Quid enim
jus beneficium, quam ut fias ſapientior ! Tu nos
num remittis plane bruta, nos te domi tuæ volu-
s hominem relinquere, ut ſcias conſulere tuæ ac ali-
valetudini, & ſecundum naturæ deſideria vivere,
juxta corruptas ab ſtultitiâ opiniones. Vale,
ſape.

EBRIETAS.

Asotus, Tricongius, Abstemius, Glaucia.

QUid tu dicis, Tricongi? quam lautè nos heri cepit Brabantus ille! T. Malè sit illi: non po tota nocte quiescere. Vomui (sit habitus honos stris auribus) convolvi me subinde toto lecto, mo ad spondam interiorem, modò ad exteriorem; fau & stomachum videbar mihi rejecturus: nunc præ lore capitis nec oculorum officio possum fungi, aurium: lamina ponderosa plumbi videtur mihi frontem & oculos incumbere. A. Frontem & tem ra fortiter astringe fasciâ: & rex videberis. T. Seu se potius Bacchus, à quo institutum manavit dia matum in reges. A. Recipe te domum, & edormi pulam. T. Domum verò? nihil æquè fugio & av sor, ut domum & uxorem clamosissimam: ea si nunc aspiceret, longiores haberet homilias quam Chr sostomus. Ab. Hoccine appellas tu laute tractari? Planè ita est: nam laverunt probè guttur & fauces. Manus vero? G. Ne semel quidem. As. Imò sa vino & lacte, dum alii in aliorum pateras immitte mus manus. G. Quid potest dici lautius? & quid digitos pingui carnium & embammatis inviscatos? Tace, per Divos, qui posset absque nauseâ rem a audire obscœnam? quanto minus videre aut de e modi vino aut lacte gustare? As. Divi, vestram fide adeon'es Abstemi, delicatus, ut hæc ne auribus dem possis devorare? quid faceres palato, ut nos? heus tu Tricongi, compotator suavissime, mittam puerum aliquem, qui nobis in illa phialâ fictili affe ex eodem vino: nulla est certior huic veneno the ca. T. Estne hoc exploratum? As. Quid ni esset? mineris versus quos cantat Colax: Ad sanandum m sum canis nocturni, sume ex pilis ejusdem canis. Narra, quæso, de convivio. Ab. Ne narres, nisi velis removere quicquid habeo in ventriculo cū ipsis vi bus. G. Facesse igitur paulisper. As. Ego narrabo qu commodissime: ut nusquā sit honos præfandus. G sipe, obsecro: adverte animum Abstemi. Ab. O G

mi, ante omnia istud ex me habe, nullum esse ho-
num genus, quod comparari possit cum festivo &
go convivatore. Quidam ostentant eruditionem re-
n variarum, id est, mera nugamenta: alii jactant
perientiam & usu collectam prudentiam, quorsum
Sunt qui habent quidem opes sed non audent ex-
ndere: miseri, quid eos juvat asservare? Benignus
nvivator ubique prodest, ubique est gratus: vel so-
illius aspectus exhilarat tristitiam animi, & discu-
si qua est in eo miseria, sive recordatione convivii,
e spe atque expectatione. Alia omnia, quæ dicun-
bona animi, nec ego video, & sunt jejuna atque in-
gifera. Ab. Rogo te, Asote, quis est autor tam bo-
sententiæ? As. Ego & omnes mei similes, id est,
erique ex Galliâ Belgicâ, a Sequanâ ad Rhenum flu-
n: tantum dissentiunt inter nos homuli quidam,
miseri & præparci, qui Abstemio suum invident
gnomen, frugi volunt appellari: vel quidam magni
pientiæ opinione suffarcinati, id est, inani nomine,
os etiam nos (id est maxima pars hominum & præ-
pua) ridemus. Ab. Quid audio? G. In hoc iste non
litur, etsi ebriosus: nam nusquam eruditio minus
bet precii quam in Belgica, non aliud esse rentur vi-
m eruditione præstantem, quam suturâ vel textura.
o. Atqui student hîc multi non infelici profectu. G.
educuntnr à parentibus parvi filii ad scholas, tan-
am ad opificium, quò parent sibi deinceps victum.
si etiam scholastici, dictu incredibile, quàm parvi in-
tutores suos faciant, quàm prosequantur honore
iguo, & præmiis adeo tenuibus, ut doctores insig-
s ac primi nominis tolerare sese vix possint. As. Ista
nt ab instituto sermone aliena: revertamur ad con-
vium. T. Hoc malim audire; & missos faciamus
n tandem sermones istos studiosos, qui sunt pro-
to infrugiferi. Nescio quemadmodum vos Itáli de
uditione statuatis: mihi certè res videtur non so-
m inutilissima, sed etiam damnosa, Ab. Idem vide-
r bovi & sui, quod tibi: & nobis quoque videretur,
non plus haberemus mentis quam tu. As. Non esset

finis,

finis, itaque audi jam: Primum omnium accubui
severi & tristes, sacrata est mensa; silentium ubiqu
quies, cœpimus expedire cultellum quisque suu
speciem præbebamus non invitatorum sed invitor
adeo id diceres, facere nos coactos. & faciebamus re
ra admodum segniter: nondum enim incaluerat a
mus ardore illo libero: aptat quisque mantile su
humeris, nonnulli etiam pectori: alii de mappâ
tendunt super gremium: sumit panem, aspicit, v
vit, purgat, si quid esset carbonis aut cinerum, dec
ticat: & hæc omnia lentè & cunctabundè. Quid
auspicati sunt cœnam à potione: alii priusquam bi
rent, paululum sumpserunt acetarii: & bubulæ s
tæ, ad excitandum dormiens palatum, & stimulandu
languidulum: primus scyphus fuit cervisiæ, ut fri
dum cæmentum substerneretur ardori Vini. Alla
est sacer ille liquor, primum poculis angustis & e
guis, quæ magis sitim irritarent, quam restinguere
dominus, homo festivissimus, qui potiorem in hac
ta regione nullum habet, ac ne parem quidem, m
utique sententia (quod sit dictum sine cujusquam
juria) jubet afferri pocula capacissima: & cœptu
est largiter potari more Græco, ut dicebat ille phi
græcus quidam, qui Lovanii olim studuerat. Ibi c
primus loqui, tum incalescere: hilaritas ubique &
sus diffusissimus. O cœnæ noctesque deorum! a
aliis præbibimus, & magna æquitate faciebamus par
nefas erat sodalem fraudare, tali præsertim tempo
Ab. Meritò, quum agitur non de calice vini, sed
sensu, & mente, rebus in homine præcipuis. Sed
hac de re tam læta, tam festiva, tu & ego colloquam
primùm rogandus es, an sis ebrius. As. Non reve
& facile est cognoscere ex ordine orationis meæ: n
si essem, putes me hæc referre potuisse adeo comp
tè? Ab. Rectè est alioqui juxta Mimi versiculum c
absente litigarem. Principio, cur non extruitis te
plum aliquod in hac regione Baccho, cœlestis hu
liquoris repertori? As. Hoc vestrum est, qui æd
habetis Romæ Sergii & Bacchi: nobis satis est qu

illi passim sacra facere. Et fortasse erigeremus
nplum si constaret eum fuisse inventorem: nam de
re audivi disceptari inter studiosos quosdam. Sunt
i putent primum fuisse Noam, qui vinum biberit,
que sit inebriatus. Ab. Dimittamus ista. Cedo,
od vinum bibebatis? As. Quid nostra refert, quod
vinum aut cujas? habeat modo nomen & colorem
i, id satis est nobis: delicias illas quærat Gallus, aut
lus. Ab. Quæ ergo potest esse delectatio, quum id
n gustas quod in corpus ingeris. T. Fortasse non-
lli initio, aliquid gustant, integro palato: mox ve-
depravato ex tanta humoris redundantia, gustum
nem amittunt. Ab. Siti jam extincta, nulla super-
voluptas: quæ tota sita est in satisfaciendo deside-
naturalibus, ita ut tormenti sit genus sine siti bibe-
aut sine fame edere. T. Putas nos, Abstemi, ad vo-
tatem potare, aut quod sit jucundum? Ab. tanto er-
estis peiores bestiis, quæ aviditatibus naturalibus
ntur: vos neque illuc ducit ratio, & retrahit natu-
T. Ducit nos eo sodalitas, & paulatim inebriamur
prudentes. Ab. Quoties estis inebriati? quoties
s ebrios vidistis? T. Quotidie plurimos. Ab. Non
ciunt ergo tam multa experimenta, ad devitandam
n tam fœdam: Atqui bellua vel uno experimento
et cautior. G. At sodales istos, in quorum gratiam
nscunt ex hominibus in bestias, scis quàm habent
ros? dum potant, darent illis præcordia? digressi
nc, vix agnoscunt; vitam & animam cujusvis illo-
n nollent redemptam sibi nummo sestertio. Ab.
ibus ex poculis hauriebatis vinum, & quomodo?
Primum allata sunt vitrea, paulo post, ob pericu-
, sublatis illis, exhibita argentea. In vinum injи-
bamus à primo herbulas, quod id suaderet anni
pus: paulo post jus carnium, lac, butyrum, cremo-
. Ab. O spurcitiem, ne belluis quidem tolerabi-
! T. Quanto tu τραγικωτερον exclames, si scias ali-
n aliorum pocula manus sordentes immittere, con-
re ovorum, & pomorum & nucum putamina, & oli-
um ac prunorum ossa? Ab. Abstine ab hisce narran-

dis

frandis, si vis ne me hinc in sylvas aliquas fugâ abripi
T: Audi tu in aurem, Glaucia. Quidam horum ge
in faciendo itinere cornu venatorium plenum (ue
cesse est) pulvere & stipulis, & floccis, & sordibus
ex hoc bibimus. G. Quid? T. Quid verò? vinum
Imo vero mentem. T. Planè ita est: & post epo
mentem, matulis non admodum mundis, sumptis
scamno lecticali, usi sumus pro calicibus. Ab. Quis
convivii exitus, tanquam fabulæ? As. Natant vino
vimenta. Inebriati sumus omnes, hospes in primis
mo strenuus, dejectis sub mensem magna victoria
obus aut tribus. Ab. O præclaram victoriam, &
re pulcherrima ac prædicanda! Sed omnes tam
vinum vicit? As. Etiam. Ab. Miserum te, quid pu
esse ebrium? As. Probè & ex animi sententia ind
sisse genio. Ab. Cui genio? bono an malo? G. Si re
omnia scruteris, nusquam invenies, cui indulgeant:
que enim animo, nec voluptati, nec ulli rei alteri
alii indulgent, qui vitiis obtemperant, & pravis an
cupiditatibus. Sed inebriari, est sensuum facultates a
tere, exire de potestate rationis, judicii mentis: pl
ex homine fieri vel pecus, vel saxum. Quæ deinceps
quantur, etsi nunquam ebrios vidi; tamen facillim
est conjectare: loqui & nescire, quid loquaris, si q
commissum est tibi arcanum, maximè celandum, e
tire: atque ea dicere, propter quæ te, & tuos, & fa
patriam, ac provinciam universam in grave discri
adducas: nulla distinctio amici & inimici, uxoris &
tris: rixæ, jurgia, inimicitiæ, plagæ, vulnera, mutila
occisio T Etiam sine ferro & sanguine: nam non pa
commutant ebrietatem cum morte. G. Quis non m
domi se cum cane aliquo aut fere includere, quam
ebrio? plus enim mentis est in illis animantibus.
Post ebrietatem vero crudi tas, debilitatio nervor
paralyses, arthritici cruciatus, gravedo capitis & co
ris totius, hebetatio sensuum omnium; memoria
tinguitur, ingenii acies retunditur: unde stupor in
ta mente, & ad intelligendum sapiendumque, & ad
quendum. As. Jam incipio intelligere, magnum
ma

alum ebrietatem : posthac dabo sedulam operam, ut ibam ad hilaritatem, non ad ebrietatem. G. Hilaritas st janua ebrietatis : Nemo venit ad bibendum eo animo, ut inebrietur, sed ut bibendo exhilaretur : continuo post sequitur ebrietas. Difficile est enim signare ilaritatis metam, atque in ea sistere. Lubricus est gradus ab hilaritate ad ebrietatem. Ab. *Dum* vinum habes n scypho, illud est in tua potestate : dum in corpore, es in illius : haberes jam, non habes : quum bibis, tractas vinum pro tuo libitu : postquam biberis, illud te tractabit pro suo As. Quid ergo ? nunquamne st bibendum? Ab. *Dum vitant stulti vitia, in contraria ruunt.* Bibendum quidem, non potandum. Natura ola in hoc docet bruta, hominem non docebit eadem atura ratione adjuta ? Edes, quum esuries ; bibes uum sities: fames & sitis admonebunt, quantum, quando, quatenus edendum & bibendum. As. Quid si semer sitiam, nec sitim possim mitigare quin fiam ebrius? b. Bibe, quod inebriare non possit. As. Non fert constitutio mei corporis. Ab. Quid si tantum esuries, ut extiari nullo cibo posses nisi disrumpereris ? As. Ea vero on esset fames, sed morbus. Ab. Nimirum opus esset edicina ad eam famem tollendam, non dapibus: nonne ? As. Quid ni ? Ab. Eodem Prorsus modo medico bi esset opus ad eam sitim, non caupone ; & potione pharmacopolio petita, non de œnopolio : non est sitis, sed morbus ; & quidem pernicios us.

REGIA.

Agrius, Sophronius, Holocolax :

QUid est, quod tam multi regem comitantur, tam vario cultu ? S. Quin tu potius vultus contempla, quàm cultus ? magis enim sunt vultus varii ac diversi, quam cultus & vestitus. A. Istud quoque de vultibus quàmnam habet causam ! S. Vestiuntur quidem ias pro facultatibus, aliàs pro ratione dignitatis, aut eneris, sæpe etiam ut cujusq; est vel ambitio, vel vanitas: ulti quoque vestimentorum elegantia utuntur pro ha-

mo & reti, ad favorem captandum vel regis, vel p
rum & animos puellarum non raro. Vultus autem
ctus animi sequitur : talis est fere, qualis interior
habitus A. Sed cur tam multi huc conveniunt ? H
non decet ut plurimi sint, ubi est caput & regimen
vinciæ totius ? S. Optime : sed plerique non adeo
publicam spectant, ut privatam : & sequuntur eu
cujus manu est regimen non tam patriæ, quàm for
rum. H. Quid ni ? quandoquidem omnia sunt pec
venalia. S. Sic judicant illi, quibus animus & me
hil omnino est, valetudo autem & dotes corporis
A. Quid opus est in hoc tumultu aulico tantâ Phi
phiæ speculatione ? ego vero malim de vobis intel
re, quinam sint isti tanto numero, tam variâ spec
forma. H. Ego tibi omnes percensebo ordine : nam
phronitus hic, quantum intelligo, non est admodu
regiis versatus : ego vero comitatus omnes regios
penetravi, & pericrutatus sum, perspexi, gr
semper omnibus & jucundus. S. Inde, credo, para
bi cognomen illud Holocolacis. H. Rem tenes. Sed
Agri, ausculta : Ille in quem aures, oculi, mens o
um intenta est ac defixa, rex est, caput Reipub. S.
re caput, & ideo salus, cùm est sapiens ac probus:
nicies autem, cum malus ac demens. H. Ille qui p
sequitur puellus, est filius ejus hæres. quem in aula
ca vocabant δεσπότην hoc est, dominum ; in His
vocant principem ; in Gallia Delphinum. Torqua
in vestibus holosericis, & holobryzis, proceres sunt
ni, insignes dignitatum militarium nominibus, pr
pes, duces, præsides limitanei, quos marchiones n
nant; comites viri, qui barones voce barbara nomi
tur; equites. Ille est magister equitum, quem vulg
mitem stabilem appellant, nomine ex aulâ Græcâ
to, ubi magnus Comestabulus cognominabatur ;
præfectus maris admiralus. Est & prætorio præfe
qui non solum palatio præerat, sed etiam satellitio,
Romuli tempore præfectum Celerum nominabant,
tellites ipsos Celeres. A. Quinam sunt illi in vestibu
laribus, magnâ severitate vultus? H. Sunt regii co
to

ores. S. Istos, quos in consilium adhibet princeps, prudentissimos esse oportet, magni rerum usus, & in deliberando gravitatis ac moderationis summæ. A. Quî istuc? Sop. Quia sunt oculi & aures principis, atque adeo regni universi: & eò magis, si cæcus & surdus sit ex, captus suis sensibus, vel ab ignorantia, vel à deliciis. A. Etiamne luscus ille, & ille alter surdaster, oculi que aures sunt regis? S. Peior est cordis cæcitas & surditas. H. Eos, qui sunt à consiliis, sequuntur scribæ, nec pauci vel unius ordinis: tum qui pecuniam principam tractant, vel procurant, coactores, tribuni ærarii, præfectus fisci, procurator fisci, & fisci advocatus. A. qui sunt juvenes illi comptuli & festivi, qui semper regem sectantur, & astant illi, alii arridentes, alii ore aperto velut admirabundi? H. Hæc est cohors intimorum amicorum deliciæ atque oblectamenta regis. A. quos illos ingredientes cur assectantur tam multi vultus? H. Quia iis est apud regem fides præcipua: alter est præfectus sacris scriniis, sive princeps scribarum: alter à secretis arcanis, apud quem est regni breviarium: Idem est principi à memoria, eaque de causa offerunt se illi quotidie tam multi, ut memoriam illius defricent ac renovent, quandoquidem is est principis memoria. Illi autem qui ducunt vultus, sunt litigatores, quique res suas persequuntur: nec eorum unquam negocia finem inveniunt, longa contexta serie procrastinationum. Duo illi qui deambulant in porticu, præfecti sunt; alter cubiculo, alter regio equili: habent hi sub se permultos cubicularios & equisones, Sed ingredior regiam cœnationem. A. Ah! quanta turba! qui fit atus tam anxius & morosus! S. Id vero majore admiratione fueris intuitus, si scias quàm levem rem pertinent, nempe ut sorbeat ovum unum, & pauxillum vini bibat nauseabundus. H. Ille est hebdomadæ suus architriclinus, cum scirpo Indico: pocillator est ille: structor nondum est ingressus. A. Qui cum rege pransuri? H. Quisnam esset tam beatus, qui posset epulis accumbere divûm? S. Atqui olim regum mensæ adhibebantur convivæ, modò duces exercitatis

tati, modò viri claro genere : alias insignes vel usu
rum, vel eruditione, quorum sermone rex fieret m
or ac sapientior. Sed Gothica & aliorum barbaro
superbia morem hunc nostrum invexit. H. Hab
proceres assectas suos armigeros, & exoletos, pue
pedissequos, pueros à pedibus, sive à calcari. Sunt
ter eos divites magnificentissimi, qui plerosque ex
piunt cœna recta : alii, quibus hoc molestum vide
mittunt amicis sportulas, idque est amicis tenuior
utilius, sed recta convivari plus habet splendoris.
Aliud hominum genus videre mihi videor in illo
naculo. H. Illud est gynæcium; ibi regina habitat c
matronis suis & puellis : aspice ut ingrediuntur,
grediuntur ex parthenone tanquā apes ex alveario
venes amatores, mancipia Cupidînis. S. Sæpe & se
bis pueri. H. Nihil est majoris voluptatis, quam
dire illorum acutè excogitata dicta; vel poëm
cantiunculas, melodias antelucanas, confabulatio
cum puellis : videre saltationes, obambulationes,
rietates colorum in cultu, habitus & formas vestim
torum : habent pueros amanuenses per quos mitt
tur & remittuntur mandata : hi vero nunciant &
nunciant ultrò & citrò mandata : quâ solertia, dili
tia, educatione, Divi, vestram fidem! nudis cap
lus, flexò poplite, atque etiam positis genibus, aud
est quotidie & videre aliquid novi, inopinati, acute
subtiliter excogitati, vel dicti animosè, aut dextrè
solutè facti. S. Imo dissolutè. H. Quæ felicitas ma
quis possit ab hujusmodi suavitate divelli? S. Co
Colax, & tu sine amore insanis, & sine vino ebriu
Quæ ineptia potest esse major, quam ista abs te
scripta? H. Nescio qui fiat, ut ex scholis videas
rosque discedere, ingressi semel aulam, in ea cons
cant. S. Tanquam qui de Circes poculo biberant,
sa mente, & in belluarum ingenium degenerantes
lebant inde egredi, & ad hominum naturam ac co
onem redire. A. At hi omnes; quum se quisq
suam domum receperunt, quid agunt? quibus se
onibus occupant, ut saltem fallant tempus? S. Ple
o

omnes nihil magis agunt serium, quàm quod cernis: atque adeò ocium illis multorum vitiorum parens est ac nutricula. Ludunt quidam taxillis, chartis, alveolo, cibus: alii per occultam detractionem, & artificiosam maledicentiam, horas pomeridianas transmittunt, hoc est, quibus domi desident: aliqui mirificè capiuntur scurris & planis, in quos sunt profusissimi, cætera perparci & sordidi. Sed præcipua aulæ corruptela est assentatio uniuscujusque erga alios omnes, quodque peius est, erga semetipsum: ea efficit, ut nullus unquam nec à se, nec à socio veritatem conducibilem audiat, nisi fortè in jurgio: quam is tum parum pro veritate accipit, sed pro contumeliâ. H. Hic quæstus est nunc multò uberrimus, tu cum tuâ veriloquentiâ esuries perenue: ego arridendo, ac blandiendo, omnia approbando, & laudando, evasi locuples. A. Non possent hæc incommoda reges corrigere? S. Perfacilè, vellent quidem. Sed aliis hi mores placent, quia suorum similes: alii ipsi sibi eas occupationes accersunt, per quas unquam vacet recti aliquid aut sani cogitare: non desunt qui remissis animis & dissolutis, non arbitrantur ullius domus ac familiæ mores ad curam suam pertinere: quæ non pertinent profecto minus, quam ad unumquemque nostrûm sua domus privata.

PRINCEPS PUER.

Morobulus, Philippus, Sophobulus.

QUid agit tua celsitudo, Philippe? P. Lego & edisco, ut ipse intueris. M. Intueor sanè, & cum dole: defatigas te, & maceras generosissimum istud pusculum. P. Quid ergo agerem? M. Quod alii ceres, principes, viri nobiles & opulenti: equitare, confabulari cum puellis augustæ matris tuæ, saltare, discere artem tractandi arma, lusitare foliis, aut pilâ salire, currere: hæc vides esse studia nobilitatis judissima. Quod si tantis oblectationibus fruuntur, vix digni sunt, ut in familiam tuam admittantur: d te facere convenit tanti principis filium & hæredem?

dem? P. Quid ſtudium literarum, nihilne prodeſt? P. Prodeſt quidem, ſed iis qui ſunt initiandi ſacris, qui eâ arte victum ſunt ſibi comparaturi: quemadmodum aliis ſutoria, aliis textoria, & artes cæteræ quæ ſtuariæ. Surge, quæſo te, pone libros de manibus, mus deambulatum, certè ut reſpires aliquantiſper. Non licet mihi nunc per Stunicam & Siliceum. M. ſunt hi, Stunica & Siliceus? an non ſubditi tui, in q tu habes imperium, non illi in te? P. Stunica eſt cator meus: Siliceus autem inſtitutor literarius. S diti ſunt illi quidem mei, ſeu verius patris: ſed pa cui ego ſum ſubditus, præfecit illos mihi, & me ſubjecit. M. Quid? ergo dedit pater celſitudinem am in ſervitutem illis hominibus. P. Neſcio. M. facinus indigniſſimum! S. Minimè verò, O fili: illos fecit ſervos tuos, quos voluit tibi ſemper ad rere, oculos, aures, animum, mentem in te unum fixam gerere ſemper, & relictis ſuis quemque nego tuum unius negocium agere: non ut te imperioſè v ent; ſed ut rudes tuos mores boni illi & ſapientes ad virtutem, decus, atque excellentiam forment: quò te reddant mancipium, ſed ut verè liberum & v principem: quibus ſi non obtemperaveris, tum mum ſervus eris extremæ conditionis, pejor iis hîc inter nos verſantur empti & venditi ex Æthio vel Africâ. M. Cujus tandem eſſet mancipium, ſi educatoribus morem non gereret. S. Non certè ho num, ſed vitiorum, qui domini ſunt importuniores que intolerabiliores quovis homine improbo & ſ roſo. P. Non ſatis iſta intelligo quæ dicis. S. A tellexiſti quæ Morobulus? P. Planiſſimè omnia O quàm eſſent homines felices, ſi quàm citò h ſenſum atque intelligentiam rerum levium & mala tam citò haberent etiam bonarum & conducibili Nunc vero contra evenit. Ærate iſta nugas, inep imo inſanias, ad quas te Morobulus eſt adhortatu cilè intelligis: quæ ego de virtute, de dignitate omni laudis genere dicerem, tam caperes, quam ſi bicè loquerer, aut Geticè. P. Quid ergo facien

onſuleres? S. Ut ſaltem ſuſtineres aſſenſionem, nec
ujus ſuaſibus, nec meis acquieſceres, quoad de utriuſ-
ue poſſes judicare. P. Quis dabit hoc judicium? S.
Etas, inſtitutio, experientia. M. Hui! quàm eſſet
ngum iſta expectare! S. Bene monet Morobulus:
jice libros, eamus luſitatum, & ludemus ludum, in quo
nus eligetur rex. Is præſcribet aliis quæ ſint agenda,
rent cæteri juxta leges luſionis: tu eris rex. P. Ut
it ludus? nam ſi eum ignorem, quomodo potero
gem in illo agere? S. Quid dicis, Philippule dulciſ-
me, deliciæ Hiſpaniarum? in ludo & rebus leviſſimis,
quibus error nihil affert periculi, non auderes reg-
m ſuſcipere, ludi neſcius, & vis tot & tanta regna ſe-
o capeſſere ac regere, ignarus conditionum populo-
m, legum adminiſtrationis? denique rudis totius
udentiæ, inſtructus ſolum ridiculis ineptiis, quas
pi Morobulus hic in animum inſtillat? Heus puer!
præfecto equilis, ut proferat huc equum illum Ne-
olitanum, ferociſſimum calcitronem, & ſternacem,
quo Philippus ſedeat. P. Minimè vero illum, ſed
um cicuratiorem: nam regendi equi tam refractarii
ndum artem habeo, nec vires. S. Quæſo Philippe, &
tas tu leonem ullum eſſe æquè ferocem, aut equum
cò calcitronem, & refractarium, & minus parentem
nis, quam gentes, ac cœtus hominum, qui conveni-
t & congregantur ex omni vitiorum, flagitiorum,
lerum, & facinorum genere, ex animi perturbatio-
ous concitatis, incenſis, inflammatis, ardentibus?
um non audes attingere? populum poſcis, quovis
o ad regendum tractandúmque difficiliorem? Sed
ſſa iſthæc faciamus. Vides in hoc flumine illam cym-
ulam? navigatio eſt jucundiſſima atque amœniſſi-
inter prata & ſalicta, quæſo deſcendamus in eam:
ſedebis ad clavum, & ages cymbam. P. Ita planè,
vos ſubvertam & demergam, quemadmodum nuper
t Pimentellulus. S. Ne cymbam quidem gubernare
in amne tam modico, & tam placido, quia rudis, &
mittis te mari illi, undis, fluctibus, tempeſtati po-
orum, inſcius, & inexpertus? Plane uſu tibi venit,

quod Phaëtonti: qui aurigandi nescius, ardore ju
nili currum patris sibi gubernandum depoposcit:
tam esse tibi fabulam reor. Praclarè Isocrates duas
maximas in hominum vita dicebat esse, principat
& sacerdotium: quas tamen nemo non expetereti
quam dignus; nemo non crederet se rectè posse gu
nare tanquam prudentissimus. P. Intelligo nihil
conditioni ac personæ meæ perinde necessarium, u
tem ac peritiam regendi regni. S. Probè rem tene
Quomodo eam assequar? S. Eduxisti tu illam te
ex matris utero? P. Nihil minus. S. Quomodo ig
scies, nisi discas? P. Nullo modo. S. Quâ igitur f
te audet Morobulus hic esse tibi author, ut ea studi
jicias, quibus & artis hujus peritia, & aliarum re
maximarum ac pulcherrimarum cognitio paratur?
A quibus ergo sunt hæc haurienda? S. Ab iis qu
maximis ingeniis animadverterunt atque observar
quorum alii sunt mortui, alii vivi. P. E mortuis q
modo discendum? possuntne mortui loqui? S. N
quâ nne fando audivisti nominari Platonem. Aristo
lem. Ciceronem, Senecam, Livium, Plutarchum?
Magna nomina: sæpe & cum ingenti admiratione
laude. S. Illi ipsi, & alii permulti eorum similes,
olim vitâ functi, confabulabuntur tecum, quoties
quamdiu libuerit. P. Quomodo? S. Libris, quos
docendam posteritatem reliquerunt. P. Quin dan
illi mihi jam in manus? S. Dabuntur brevi, posteaqu
didiceris eum sermonem, quò possis loquentes illos
telligere. Sustine paulisper. atque hanc brevem m
stiam perfer, quæ devoranda est in accipiendis pri
piis: illico post incredibiles sequentur delectatio
quas qui nondum degustarunt, mirandum non est
terario studio abhorrere. Nam qui sunt experti,
citius à vita, quam à libris & rebus cognoscendis
leres. P. Cedo verò, qui sunt vivi, à quibus sapi
hæc discenda est, & mens bona? S. Si iter esses qu
am initurus, à quibus tandem de itinere percontar
utrum ab iis qui iter illud nunquam vidissent, a
aliquando confeciſſent? P. Ab iis scilicet, qui c
ciss

ciſſent: S. Vita hæc nonne eſt velut iter quoddam, & profectio perpetua? P. Sic videtur. S. Qui ergo iter hoc perambularunt? ſenes an juvenes? P. Senes. S. Senes igitur auſcultandi. P. Omnes indifferenter? S. Acutè rogas: non omnes promiſcuè. Sed quemadmodum de viâ, ſic de vitâ: utri norunt viam? qui eam peregerunt, nihil animadvertentes, aliud agentes, animo non minus peregrinante quàm corpore? an qui annotarunt diligenter & attente ſingula, & memoriæ mandarunt? P. Nimirum hi poſteriores. S. Ergo in conſilio de vitæ ratione capiendo, non audiendi juvenes, qui iter hoc nunquam ſunt ingreſſi: quanto minus adoleſcentes, & quod ſtultiſſimum eſt atque indigniſſimum, pueri? neque ad id admittendi ſenes imprudentes, laſcivi, dementes, deteriores pueris: quos divina oracula execrantur, quod ſint pueri centum annorum. Solis prabendæ aures ſenibus magni judicii, conſus rerum, & prudentiæ. P. Quo ſigno eos dignoſcam? S. Nimirum ætate iſtâ, fili, nullo adhuc: ſed ubi maturus & firmius acceſſerit judicium, facile id cognoſces ex verbis & factis, tanquam nota certiſſima. Interea vero dum ea ingenii facultate non vales, crede te cunctum, & committe patri tuo, & iis, quos tibi pater adjunxit inſtitutores ac magiſtros, infirmæque iſtius ætatis gubernatores, & quaſi manuductores per eam viam quàm tu nunquam iniiſti. Nam patri, cui charior es aquam ipſimet tibi, major eſt de te cura quàm tibi ipſi, illoſque ad eam rem non ſolum ſuo uſus eſt conſilio, ſed hominum ſapientum. M. Nimis diu tacui. S. Ita plane, præter morem tuum: eamque rem ego jamdudum clementer demirabar. M. An non pater tuus Philippus, & rex Galliæ, & alii magni reges ac principes, fine fletis, & labore iſto tam moleſto, quem hic teneris humeris inclementer imponit, regna & ditiones ſapientes regunt, & in officio continent? S. Nulla res tam difficilis eſt, quæ non fiat difficilis, ſi invitus facias. Non tantum opera literis impenſa laborioſa ei, qui lubens eam ambit: qui autem invitus, ei verò vel luſitare, & in loco deambulare amœniſſimis, graye ac intolerandum eſt

PIDS

est, tibi Morobule, nugandi avidissimo & nugis sem
assuero, serium aliquid vel agere vel audire, instar
mortis: vicissim alii complures vitam sibi existi
rent acerbam, si ad istum modum vitæ suæ ratione
stituerent. Quàm multi sunt, in aulis præsertim, q
bus nihil est dulcius, quàm ocium torpens, atque i
tissimum? admovere manum alicui operi, tormenti
loco. Quàm multi vicissim in populis, qui emorian
citius quam sic dies omnes vacuos transigant? & ce
rius delassentur nihil agendo, quàm ab intentione a
mi in negocium aliquod? Sed, ut respondeam tibi
Cæsare & rege Galliæ, audies à me in universum de
nibus, quos posui, eos esse, qui spatium hoc vitæ
currissent. Si omnes quotquot viam quampiam pe
gissent, concorditer narrarent, se per viam in locum
cidisse plenum difficultatis & periculi, ex quo saucii
pessimè affecti discesserint; quod si ejusmodi iter run
essent ingressuri, nihil diligentius caverent, quam
lud discrimen: quid tu censes: an non hominis fo
amentissimi quum eadem ipse viâ insisteret, non reco
dari tanti periculi, non illud devitare? P. Nondu
teneo, quid velis. S. Faciam igitur planius exempl
finge esse supra flumen illud tabulam angustam p
ponticulo: referant tibi omnes, quotquot equo i
dentes tentarint illam transire, decidisse in aquam, a
isse vitæ discrimen, ægre esse extractos semivivos:
telligisne hoc? P. Bellissimè. S. Quid tu jam? an
tibi demens viderêre, si faciens illac iter, non ex eq
descenderes, & effugeres id periculum, in quod a
veniisse audis? P. Nimirum ita agerem. S. Et meri
Quære tu jam ex senibus, qui maximè senserint
commodum in vita, quid eos prætermisisse doleat
vehementer pœniteat. Omnes tibi uno ore respo
bunt, qui aliquid didicerunt; Non plus didicisse:
vero nihil; Non abhibuisse operam, ut aliquid scir
In hanc querimoniam ingressi, non faciunt finem
rendi, missos se fuisse à parentibus aut educatori
ad scholas & magistros literarum; sed tamen vanis
lectatiunculis, vel lusionum, vel venationum, vel a
ru

m, aut ejuſmodi nugarum illectos, amiſiſſe pul-
errimas è manibus diſcendi occaſiones: itaque con-
neruntur de fato ſuo, & ſortem ſuam deplorant, ac
ner ipſos accuſant, damnant, interdum quoque exe-
antur. Vides ergo locum hunc deſidiæ atque igno-
ntiæ eſſe in via hac vitæ maximè infeſtum & pericu-
ſum, unumque omnium præcipue devitandum:
oniam quidem audis tam miſerabiles eorum quere-
s, qui in illum ſunt collapſi. Is eſt igitur omni cura
diligentia cavendus; & ſegnitie, ocio, deliciolis,
gis rejectis ac ſpretis, in ſtudia literarum cultumqu e
næ mentis tota animi intentione incumbendum. Tu
c de re patrem tuum roga, tametſi juvenem adhuc;
tu, Morobule, tuum, jam ſenem: intelligetis ex
, veram eſſe meam ſententiam.

LUDUS CHARTARUM SEU FOLIORUM.

Vallaura, Tamisus, Caſtellus, Lupianus Manricus.

QUàm aſperum tempus quàm rigens & ſævum cœ-
lum, quàm obſcœnum ſolum! T. Quid nos mo-
hic cœli ac ſoli habitus? V. Non egredi domo. T.
id vero domi agere? V. Ad luculentum focum ſtu-
re, meditari, cogitare de rebus, quæ aliquid emolu-
nti afferant menti, & probis moribus. C. Id quidem
ndum præcipuè, nec aliquid debet eſſe homini an-
uius. Sed, ubi ab intentione illa delaſſatus fuerit
mus, quo divertet, hoc duntaxat tempore? V. Aliis
idem aliæ ſunt animorum refectiones: ego vero lu-
foliorum magnopere oblector & recreor. T. Et hæc
nporis qualitas eo invitat, ut abdamus nos in cubi-
um bene clauſum, & obſeptum undique à vento &
gore, lucente camino, menſa poſita cum chartis. V.
! minime chartas. T. Luſorias dico. V. Iſtud pla-
. T. Tum pecuniæ promatur nonnihil, & calculi ad

com-

computandum. V. Nihil opus erit calculis, si mi
li adsint nummi. T. Ego nullos habeo, præterq
aureos & argenteos crassiores. V. Commuta ali
ex argenteis minutâ pecunia: heus puer, cape s
ros hos simplos, duplos, sesquiduplos, triplos,
numulario cura nobis nummos minutos, simplos,
plos, triplos non majores. T. Quam nitidi sun
nummi! V. Nimirum recentes adhuc, & asperi.
Concedamus in forum aleatorium, ubi omnia inve
mus parata. C. Non expedit: nam haberemus
tros plurimos, quid refert ludas illic, an viâ publ
Consultius fuerit, ut recipiamus nos in cubiculum
um, & accersamus ex sodalibus aliquot, maximè
mo resocillando idoneos. T. Tuum conclave est
commodius: nam in meo cubiculo subinde à ped
quis matris interpellaremur, aliquid semper quæri
tibus in arcis mundi muliebribus. V. In cœnatione
tur. T. Esto ita, eamus. Puer, siste hic nobis Fra
cum Lupianum, & Rodericum Manricum, & Zoilastr
V. Mane: minimè vero Zoilastrum, hominem ir
dum, rixosum, clamosum, calumniatorem, & qui
nimis de rebus excitat sæpe atroces tragœdias. C.
timè profecto mones: nam si adolescens talis rec
tioni se nostræ admisceret, non esset id ludere, sed s
rixari: accerse igitur pro illo Rimosulum. V. Ne
hunc, nisi velis, quæcunque hic fuerimus nugati,
Solis occasum nota esse toti civitati. C. Tam bo
est præco? V. Etiam rerum, quas scire nihil attin
nam res bonas sacratius reticet, quam mysteria El
nia. T. Veniant ergo Lupianus & Manricus soli.
Hi sunt belli sodales. T. Et mone illos, ut afferan
cum numulos; quicquid est autem severitatis &
domo commendent Philopono tetrico: veniant
tiis, lepore, gratiis comitati. L. Salvi sitis sodal
stiviſſimi. V. Quid sibi vult contractio istæc fro
exporrigite istos vulticulos, an non estis jussi co
tiones omnes literatas apud Musæa deponere? L.
gitationes nostræ literariæ sunt adeo illiteratæ, u
Musæ, quæ sunt in Musæo, respuant. M. Salvæte.

alus est dubia, quando ad acies & pugnas vocamini, & uidem quibus reges sint interfuturi. T. Este bono nimo: crumenæ impetuntur, non jugula. L. Crumea pleriſque est pro jugulo, & pecunia pro sanguine ac piritu: velut istis Caribus, quorum vitæ contemptus nstrumentum est regibus ad exercendos suos furores. . Nolo ego esse actor in hac fabula sed spectator. T. uî sic? M. Quia sum infortunatissimus: semper à ndo discedo victus & spoliatus. T. Scis quid dicunt roverbio aleatores? Ibi quærendam esse togam ubi miseris: M. Verum, sed periculum est, ne, dum toam amissam quæro, perdam & tunicam & interulam. . Accidit quidem hoc non rarò: sed qui non periclitur, non diteſcit. M. Ea est metallicidarum sententia. T. Imo etiam Jani medii Antverpiensis. V. Rectè bet: non possumus nisi quatuor ludere; sumus inque; sortiemur quis erit aliorum spectator. M. go ero sine sortitione. V. Nihil tale: nulli est facida injuria, non cujusquam voluntas id decernet sed rs: cui primus rex obtigerit, sedebit ociosus spectar: & si quid inciderit controversiæ, judex. L. Ecce bis fascículos duos foliorum integros! alter est Hisnienſis; alter Gallicus. V. Hiſpanienſis hic non vitur justus. L. Quid ita? V. Quoniam desunt decades. Non solent illi habere, ut Gallici: Chartæ enim iſpanæ, quemadmodum & Gallicæ, in quatuor sunt nera seu familias divisæ, Hiſpanæ habent aureos numos, carchesia, baculos, enses; Gallicæ, corda, rhomlos, trifolia, vomerculos, seu palas, seu spicula: est quaque familia, rex, regina, eques, monas, dyas, tri, quaternio, pentas, senio, heptas, ogdoas, enneas. llicæ habent etiam decades, & Hiſpanis aurei, & charesia potiora sunt: pauciora contrà enses & baculi. llis autem plura sunt semper meliora. C. Quo lusu demus? V. Triumpho Hiſpanico: & distributor rebit sibi indicem chartam, si sit monas aut imago huna. M. Sciamus jam, quis erit ludo excluſus: T. obè mones; cedo solis: hoc est tuum, hoc istius, c Lupiani: tu es judex. V. Malim te mihi judicem,

quàm

quàm colluſorem. L. Bona verba. Cur iſthuc, qu
V. Quia es in ludendo admodum vafer & cavill
tum aiunt te artem tenere cōponendi folia, ut tib
pediat. L. Non habet fraudem mea luſio; ſed im
tiæ tuæ induſtria mea videtur impoſtura: quod fer
naris contingit. Cæterum, quî tibi placet Caſtellus
ſimul ac lucratus eſt pauxillum pecuniæ, deſerit c
ſores? T. Eludere eſt hoc quidem potius, quam l
re. V. Levius hoc malum: nam ſi vincatur, affixu
ludo, clavo plus quam trabali. T. Sed luſuri ſumus
duo contra duos: quomodo erimus comparati?
Ego ludi hujus inſciens, adhærebo tibi Caſtelle, q
audio eſſe callentiſſimum. T. Adde etiam calli
mum. C. Non eſt hic opus electionibus; ſorti ſunt c
mittenda omnia: quibus obvenerint plura puncta,
verſus eos pugnabunt, quibus pauciora. V. Eſto ita
ſigna folia. M. Ut optaveram, ego & Caſtellus ab ea
ſtamus parte: contrarias tuentur partes Valdau
Tamayus. V. Sedeamus, uti ſolemus, decuſſate: da
hi illam ſellam reclinatoriam, ut quietius perdam
Appone ſcabella: aſſideamus jam; ſortire, cujus
primæ partes. V. Meæ ſunt: diſtribue tu, Caſtelle.
Quomodo? à ſiniſtra in dextram, more Belgico?
contra, Hiſpano more à dextrâ in ſiniſtram? V.
more; quoniam ludo Hiſpanorum utimur & rejec
decades? C. Etiam: quot folia dabo ſingulis? V.
vera. C. Sed quantum erit ſponſio? M. Terni in
gulas manus denarii cum geminatione ſponſionis.
Senſim, mi Maurice; nimium properas: non eſſ
lus, ſed furor, ubi tantum pecuniæ veniret in pe
lum. Quomodo tu poſſes oblectari in aurietate illâ
tot numi tibi percant? denarii ſinguli ſufficient,
auctus ſponſionis erit dimidii, nempe aſſium quin
V. Rectè conſulis: ita nec nihil ludemus (quod eſt
pidum) nec quod doleat, quod eſt acerbum. C. H
tis ſinguli novena folia? cordium eſt familia dom
trix: & hæc regina eſt mea. V. Neſcio quàm fel
omen hoc: certè eſt veriſimum dominari vulgò c
fœminarum. C. Deſine ſpeculationes: reſponde

hoc, augeo ſponſionem. V. Ludum habeo diſſipatum, & male cohærentem : cedo tibi. T. Et ego item : diſtribue tu, Manrice. V. Quid agis ? non vertis chartam indicem ? M. Volo prius meas computare, ne plures aut pauciores acceperim. V. Unam habes plus juſto. M. Deponam. V. Non eſt ea lex luſus, ſed ut vicem tuam amittas diſtribuendi, & tranſeat ad ſequentem : cedo folia. M. Non faciam : quandoquidem nondum protuli indicem ? V. Imò facies per deum. C. Apage ! quid tibi venit in mentem, mi Valdaura ? Jusjurandum admiſces rebus leviſſimis, quod vix graviſſimis reus adhiberi convenit. M. Quid tu dicis, judex ? L. profecto ignoro, quid ſit in eo facto ſtatuendum. M. Qualem judicem nobis præfecimus ſine judicio ? dum ſine oculis ? V. Quid ergo fiet ? M. Quid tandem, niſi ut mittamus Lutetiam, qui hac de re afferat nobis aliquod Senatuſconſultum ? C. Miſce omnia, & rurſum impartire. T. O qualem ludum mitto de manibus ! non obveniet mihi hodie ſimilis. C. Miſce robe iſthæc folia, & præbeto ſingulis attentiùs. V. Rurſum augeo ſponſionem. T. Num non prædixi, non habiturum me hodie in manibus ludum illi parem ? ſemper ſum infortunatiſſimus. Cur ergo ludum vel aſpicio ſtulis ? C. Hoc vero non eſt ludere, ſed ſe affligere, hoc eſt refici & recreari animum, ita concitari ? ludum oportet eſſe ludum, non moleſtiam. M. Suſtine paulper, ne abjicias folia : nam eſt panicum. V. Responde igitur, an recipias. M. Recipio, & rurſum augeo. V. Quid ? ſperas tu me ferocibus tuis verbis proficiare ? non concedo. M. Effare tandem ſemel & explicite : admittiſne ? V. Etiam, & quidem libentiſſimè : & animus inſtigat me tali ludo majore precio certare ; ſed iſtud inter amicos ſufficit. T. Quid vero ? non computatis inter vivos ? adeo nulla eſt mei mentio ? C. Quid igitur tu ad hæc, homo fœnee. T. Ego vero augeo meâ ex parte depoſitum. M. Quid tu dicis, Caſtelle ? C. Nunc me conſulis, poſteaquam tuâ meâ depoſitum crevit in immenſum : ego incrementum hoc non auderem hoc meo ludo ſuſtinere. V. Re-

ſpondè affirmatè. C. Non habeo quod ſic reſpond
ſed valde ambiguè & dubitanter, & cunctabundè,
midè, & diffidenter. Eſtne ſic ſatis expreſſè dict
M. Deum immortalem quanta copia! non tam d
nuper cadebat grando. Sed; quæſo te, pericliti
pauliſper. C. Experiamur, quando ita tibi placet
me vero ne ſperaris magnam opem. M. Feres t
quas poteris, ſuppetias. C Nihil neceſſe id habe
monere. M. Plane victi ſumus. T. Vicimus den
quatuor: miſce. V Addo aſſes quinque. C. N
an cedam: nam ſcio me certò victum iri. T. Ru
alteros quinque. C. Quid tu ad hanc provocatio
dicis? M. Quid dicam? fugio. C. Tu perdidiſti pr
mum ludum. Sine me hunc arbitratu meo perd
Sentio me eſſe inferiorem: ſed ſuſtinendum eſt, qu
diu aliquid videro ſupereſſe virium. V. Quid ergo d
recuſas? C. Non, imo addico. T. Valdaura, non
hunc Caſtellum? ſuperiorem habet ludum tuo:
ita ſolet callidos provocatores illectare in ſuum
Vide ne quo progrediaris temerè, ubi tenearis intri
V. Divûm fidem! quomodo potuiſti divinare fo
mihi poſtremum reſtare hujus nationis? C. Novi
nia folia. V. Non omnino eſt iſthuc incredibile. C
plane: novi à facie. V. Fortaſſe etiam à tergo.
Nimium ſuſpicioſus es. V. Tu me facis: eat hoc
tuâ bona veniâ. T. Diſpiciamus, num quæ ſint ch
averſæ maculatæ, unde poſſint noſcitari. V. Faciat
quæſo, nos ludendi finem: angit me hic ludus, tan
feliciter cedendo. C. Ubi voles: ſed fortaſſe n
ludo eſt vitium, ſed in tuâ imperitiâ, qui neſcis lu
ſcienter ad victoriam accommodare, ſed jacis
abſque arte, ut ſors tulerit, ratus nihil intereſſe,
prius, quid poſterius mittas, quid quo loco ſis jac
T. Omnium rerum eſt ſatietas, etiam voluptatum
ego defeſſus ſum jam ſedendo aſſurgamus ali
tiſper. L. Cape teſtudinem hanc, & aliquid nobis
tilla. T. Quid tandem? L. De ludo quippiam.
Carmen Virgilii? L. Iſthuc ipſum: aut, ſi mavis,
noſtri, quod ille nuper canebat deambulans in p

io Brugensi. V. Anserinâ voce. L. Cane tu olorinâ.
. Deus meliora: nam olor non canit, nisi fato jam
rgente.

Ludunt & pueri, ludunt juvenesque senesque:
Ingenium, gravitas, cani, prudentia, ludus.
Denique mortalis, solâ virtute remotâ,
Quid nisi nugatrix, & vana est fabula vita?

V. Possum vobis confirmare, esse carmen bene expressum, tanquam ex spongia arida. L. Tanta cum difficultate componit carmen? V. Magna, sive quod raro, ve quod non libenter, sive quod alio fert eum ingenii pronitas.

LEGES LUDI.

Varius Dialogus de Urbe Valentiâ.

Borgia, Scintilla, Cabanillius.

UNde tu jam nobis, Scintilla jucundissime? S. Lutetiâ. B. Qua tandem Lutetiâ? S. Quâ tandem æris? quasi sint multæ? B. Etiam si sit unica, ea æ nam sit, ignoro, aut ubi sita. S. Lutetia Parisiorum. . Parisios nominari audieram, & quidem sæpe: Lutean nunquam. Est ergo Lutetia quos nos Parisios dicius. Ea igitur est causa, cur tu tam diu nulli es visus alentiæ, & potissimum in sphæristerio nobilitatis. S. lia ego vidi sphæristeria Lutetiæ, alia gymnasia, alios dos, longe istis vestris utiliores ac præstantiores. B. cquos quæso? S. Triginta gymnasia plus minus in Acamia illa omni eruditionis, scientiæ & sapientiæ genere ferta: doctos præceptores, juventutem studiosissimam optimè moratam. B. Vulgus scilicet hominum. S. uid tandem vocas vulgus? B. Fæcem plebis, filios rorum, textorum, tonsorum, fullonum, & ejusmodi tificum, atque operariorum. S. Vos hic, ut video, ex stra hac civitate metimini orbem universum, & eos- em tota Europa existimatis esse mores, quos hic: dico ventutem illic esse frequentissimam principum, prorum nobilium, & hominum locupletissimorum, non

ex Gallia modo, sed ex Germania, Italia, Britann
Hispania, Belgica, admirabiliter addictam studiis liter
rum, parentum & institutorum præceptis & jussis: qu
rum mores non simplici tantum admonitu formentu
sed acri reprehensione, quum est opus etiam castiga
one, plagis, verberibus: quæ omnia accipiuntur & per
runtur animis moderatissimis, & vultu modestissm
C. Audivi sæpenumero ejusmodi narrari mihi, qu
agerem in Gallia legatus Ferdinandi regis: Sed omitt
quæso, nunc ista: aut differ aliud in tempus, vides n
esse in ludo miraculi, cui est proximum Carossorum
hoc age, de pila sit jam sermo, oblectandi nostri grati
S. Amabô, ne assideamus, sed deambulantes colloqu
mur, quæ fuerit collibitum: qua ibimus? hacne p
divi Stephani, an illac ad portam regalem? & visem
in regia Ferdinandum ducem Calabriæ? C. Ne for
optimi principis interpellemus studia sapientiæ. B. Pr
stabit mulas accersere, ut vehentes loquamur. C. N
amittamus, quæso, usum pedum & crurum; tempus e
sudum ac serenum, & aura frigidiuscula: satius erit p
destres, quam equestres, incedere. E. Eamus h
igitur per divi Johannis Hospitalis, ad vicum m
rinum. C. Spectabimus obiter decoras formas. E
Apage! pedestres? erit dedecori. S. Majori est me
sententia dedecori, viros pendere de judicio puellaru
rudium atque ineptarum. C. Visne ut recta eamus p
plateam ficus & divæ Teclæ? S. Non, sed per vicu
tabernæ gallinaceæ: nam in eo vico cupio videre æde
in quibus natus est Vives meus: sunt enim, ut accep
descendentibus ad sinistram postremæ in vico: & inv
sam eadem operâ sorores ejus. B. Omitte nunc, qu
muliebres visitationes: si mulierem vis alloqui, eam
potius ad Angelam Zabaram, cum quâ erunt confab
lationes literatæ. C. Utinam, si id cupitis, ades
Marchiona Zeneti! S. Si vera sunt, quæ de illa, qu
essem in Galliâ, audivi, majus est id argumentum, qua
ut de illo tractari leviter, & ab aliud agentibus vel p
sit, vel debeat. B. Ascendemus ad divi Martini,
descendemus per vicum Vallesii, ad plateam villæ ra

C. Hâ

C. Hàc, inde ad ſphæriſterium Barzii, ſeu mavis, Maſconorum. B. In Galliâ habetiſne ad hunc modum ludos in publico? S. De aliis Galliæ urbibus non poſſem tibi reſpondere: Lutetiæ, ſcio nullum eſſe: ſed in privato multa, velut in ſuburbiis divi Jacobi, divi Marcelli, divi Germani. C. Et in ipſa civitate famoſiſſimum, quod vocant Bracchæ. B. Luditur eâdem illic ratione, quâ hic? S. Eadem prorſum, niſi quod magiſter ludi præbet illic calceos, & pileos luſorios. B. Cujuſmodi ſunt? S. Calcei ſunt coactilitii. B. Non eſſent hic utiles. C. Videlicet in via lapidoſa: in Francia vero & Belgica luditur ſuper pavimentum lateribus conſtratum, planum & æquabile. S. Pilei ſunt æſtate leviores, in hyeme autem craſſi, profundi, cum offendice ſub mento, ne in agitatione vel elabantur ex capite, vel decidant in oculos. B. Offendimento hic non utimur, niſi quum eſt ventus vehementior. Sed quales habent pilas? S. Nullos fere folles, ut hic: ſed ſphærulas minores veſtratibus, & multo duriores; ex corio albo: tomentum eſt, non ut in veſtibus, lanugo è pannis tonſa, ſed pili fere canini: eamque ob cauſam raiò luditur palma. B. Quomodo ergo percutiunt pilam? pugno, ut folles? S. Ne ſic quidem: ſed reticulo. B. Confecto ex filo? S. Ex fidibus craſſiuſculis, quales fere ſunt ſextæ in teſtudine: habent funem tenſum & reliqua, ut hîc in ludis domeſticis: ſub funem miſiſſe globulum, vitium eſt ſeu peccatum: ſigna ſunt bina, ſeu mavis metas: numeri quaterni, quindecim triginta, quadraginta, quinque, ſeu antegreſſio, qualitas numerorum: victoria, quæ eſt duplex ut quum dicitur, Vicimus ſignum, & vicimus ludum? Pila autem vel ex volatu remittitur, vel ex primo reſultu: ex ſecundo enim ictus eſt invalidus, & ibi ſit ſignum, ubi pila eſt percuſſa. B. Non ſunt aliæ luſiones quam ſphæra? S. In civitate, quot hic, aut plures: ſed inter ſcholaſticos nulla alia permiſſu magiſtrorum exercetur: ſed interdum clam luditur foliis & aciebus: pueruli talis, nequiores taxillis. Nos inſtitutorem habebamus Anneum, qui obſcœno die lu-

sum foliorum concedebat: sed de illo, & in univ
sum de lusione omni tulerat sex leges, quas descrip
in tabella appenderat in cubiculo. B. Ne graver
rogo te, & eas nobis referre, quemadmodum alia
cisti. S. Pergamus deambulare: nam incredibil
neor desiderio patriæ aspiciendæ, tam diu à me
visæ. B. Conscendamus mulas ut ambulemus co
modius, tum etiam honestius. S. Honestatem h
non emerim crepitu digitorum. B. Ac ne ego q
dem, ut verum fatear, manum ob eam moverim: s
nescio quo pacto magis id videtur decere nostras p
sonas. C. Isthuc quidem rectè sed sumus tres: &
angustis viis, aut hominum frequentia disjungerem
unde necesse esset vel interrumpi sermonem, vel mu
semper à nostrûm aliquo non exaudiri, neque intelli
B. Esto sanè, ita pergamus pedestres: ingredere
angiportum hunc ad plateam Pegnarogiorum. S.
timè: inde per fabros claviles ad vicum dulciariu
tum ad forum fructuarium. B. Quin potius olito
um. S. Utrumque est: qui libentius oleribus v
cuntur, vocent olitorium, qui fructibus, fructu
um. Quæ amplitudo fori! quæ descriptio vende
um & rerum vænum expositarum! qui odor ex f
ctibus! quanta varietas, mundities, nitor! non p
sunt horti excogitari huic foro pares. Quæ autem a
lis nostri, & ejus ministrorum solertia, & diligen
ne quis emptor fraude à venditore capiatur! Estne
qui mula vehitur, Honoratus Joannius? C. Non,
arbitror: nam unus ex meis pueris, qui eum m
convenit, reliquit illum abdentem se in bibleothe
suam: qui si sciret nos unà esse, non deesset haud
biè nostro sermoni; & nostris ludis seria sua pos
beret. B. Profer tandem leges. S. Extricemus
ab hac turba per plateam divæ Virginis Mariæ, a
cum sumalis, & divi Augustini, ubi minor est freq
tia. C. Ne discedamus tam procul ab urbis corp
ascendamus potius per vicum crumenarium ad cli
inde ad vicum militarem, & ædes familiæ vestræ,
talla, cujus parietes lugere adhuc videntur mih

roëm illum comitem Olivanum, B. Imo luctu depo-
sito, talem juvenem in tanti senis locum succesſisse se-
riò triumphant. S. O quam juvat intueri curiam, &
quadruplex forum, præfecti urbis (quod jam fere
familiæ vestræ Cabanilliæ hæreditarium videtur) ci-
vile, criminale, & tercentum solidorum! quæ ædifi-
cia! quæ facies urbis: B. Nuſquam potes rectius fer-
re leges, quam in foro & curia: ede tandem. Nam
de laudibus, seu de admiratione potius nostræ civita-
tis, alias erit dicendi locus aptior. S. Prima lex quan-
do ludendum. Homo propter res serias est conditus,
non propter nugas & lusus: lusus autem reperti, ad
refeciendum animum lassum à seriis. Tunc igitur lu-
dendum, quum animus aut corpus erit defatigatum;
nec aliter sumendum quam somnus, cibus, potus, &
alia, quæ vires renovant ac reficiunt: alioqui in vitio
est, quemadmodum alia, quæ non suo fiunt tempore.
Secunda lex, cum quibus ludendum, Quemadmodum
facturus iter, aut iturus ad convivium, diligenter dis-
picis qui sint futuri sodales aut comites: sic in ludo
animadvertendum, cum quibus ludes, ut sint homines
tibi noti; nam in ignotis magnum est periculum, & ve-
rum proverbium Plauti, Lupus est homini homo, qui
qualis sit non novit, Sint etiam belli, festivi, comes,
cum quibus periculum non sit, ne rixeris, aut pugnes,
aut aliquid vel facias vel dicas turpiter atque inde-
corè; ne sint blasphemi in Deum, aut dejeratores; ne
in dictis spurci, ne quid ex contagione affricetur tuis
moribus pravum aut flagitiosum: denique sint ii, qui
non aliam ad ludum mentem afferant, quam tu; nem-
pe ut à labore conquiescat & levetur animus. Tertia
lex, quo ludo. Primum, noto: nam in ignoratione
non potest subesse delectatio, nec ludentis, nec collu-
sorum, nec spectatorum: deinde quod simul animum
reficiat, & corpus exerceat, si quidem tempus & vale-
tudo patitur. Sin secus; ludus sit in quo non omnia
possit mera sors: insit etiam peritia, quæ possit casum
corrigere. Quarta lex, qua sponsione. Nec nulla spon-
sione, quod est fatuum, & celerrimè, exatiat; nec ita

magna,

magna, quæ in ipsa lusione inquietet animum; & vincaris, mordeat ac discruciet: non est hic lusus, sed carnificina. Quinta lex, quemadmodum, ut, antequam ad ludendum assides, reputes te ad refocillandum animum venire, in cujus aleam conjicias pauculos nummos, hoc est, emas illis refectionem defatigationis. Cogita esse sortem, hoc est, variam, incertam, instabilem, communem; nullam idcirco tibi fieri injuriam, si perdas; ut id feras æquo animo: ne contrahas vultum, & suffundas enim tristitia; ne prorumpas in convitia & maledicta, aut adversus collusorem, aut quempiam ex spectatoribus. Si lucrifacias, ne sis in collusorem insolenter dicax: prorsum toto ludo sis comis, hilaris, facetus, jocosus, citra scurrilitatem & petulantiam; ne des significationem ullam fraudis, sordium, aut avaritiæ, in contentione nè sis pertinax: minimè omnium jurato, memor, rem illam totam (etiam si meliorem causam habes) non esse tanti, ut nomen Domini afferas in testimonium. Spectatores memineris esse velut judices ludi: si quid illi pronunciarint, cedito, nullam edens notam improbationis, hoc modo & lusus fit delectatio. & probi adolescentis grata et educatio ingenua. Sexta lex, Quamdiu ludendum? Quoad sentias animum renovatum jam, & reparatum ad laborem, & vocat hora ad negocium seriùm. Qui secus faxit, improbè factum videri, velitis, Quirites, jubeatis. B. Sicuti rogavit.

CORPUS HOMINIS EXTERIUS.

Durerius pictor, Grynæus, Velius.

FAcessite hinc: nam vos nihil emetis, sat scio; estis mihi impedimento, quo minus accedant emptores propius. G. Imo verò nos volumus emere, modo vel precium relinquas nostro arbitratui, & tempus ipse præscribas: aut contra, nos tempus, tu pretium. D. Bella negociatio: mihi nihil est opus tricis ejus modi

modi. G. Cujus est hæc imago, & quanti indicas? D. Imago est Scipionis Africani, & indico sestertiis nummis quadringentis, aut non multo minoris. G. Quæso te, priusquam verbo uno eam addicas nobis, examinemus artem picturæ: & hic Velius est sesquiphysicus, peritissimus humani corporis. D. Jam dudum intelligo, me à vobis intricari, sed interea dum mercatores nulli adsunt, nugamini quantum libuerit. G. Nugas tu vocas peritiam artis tuæ, quid faceres alienæ? V. Primum omnium verticem contexisti capillis multis & planis, quum vertex dicatur, quasi vortex, à vertendis capillis: ut in fluviis videmus, quum aqua se convolvit. D. Inepte, non consideras enm esse malè pexum, more illorum temporum. V. Brechma habet inæqualiter deflexum. D. Acceperat vulnus miles ad Trebiam, quum servavit patrem. G. Ubi tu id legisti? G. In Decadibus Titi Livii amissis. V. Tempora sunt nimis tumentia. D. Cava essent signum dementiæ. V. Occipitium vellem videre. D. Verte tabulam. V. Cur dixit Cato inter cætera oracula, Frons occipitio prior est. D. Quam estis fatui! an non in quovis homine priùs cernis frontem, quam occiput. G. Quosdam prius video aversos, quàm adversos. D. Et ego libenter, ut tales emptores & milites. V. Cato sensit præsentiam domini potiorem esse ad curationem rerum, quàm absentiam. Cæterum cur antias adeò longas? D. Loqueris de his caproneis? V. Etiam. D. Non habuerat multis mensibus tonsorem ad manum, velut in Hispaniâ. V. Glabellam hanc cur contra ipsius verbi etymon feciisti hirtam? D. Tu ipse vulsellis pilos detrahito. V. Et vibrissas exstantes extra nares: sed tu, quæ tua est versutia, culpam abs te rejicies in tonsorem. D. Inscie non animadvertis, eos fuisse ætatis illius mores, severos, tristes, rusticanos. V. Impetite, non legisti Scipionem hunc ex omnibus sui temporis hominibus exculti ssimum & politissimum fuisse, amantem elegantiarum? D. Expressus est, quum axularet Linterni. G. Supercilium hoc est grande, conveniens Latio; cilium habet nimis canum, &

genas

genas depressas. D. Ex vigiliis castrensibus. G. Tu non solum es pictor, sed rhetor, valde versatus in translatione criminum. D. Et vos, quantum intelligo, in criminationibus. V. Malas habet nimium tumentes, & buccas istas. D. Inflat classicum. G. Et tu inflabas calicem, quum hæc pingeres. V Imo vero utrem, sed alibi feciſti pilosum: palpebras ferè nullas appinxisti. D. Ex morbo illi deciderunt. G. Quo morbo? D. Quære ab illius medico. G. Jamne intelligis, ob tuam tantam imperitiam detrahi debere de summâ centum sestertios? D. Imo ob vestras cavillationes & interrogationes adeò molestas, addi decentos oportere. V. Pupulas habet hic glaucas: atqui ego audivi cœruleas habuisse. D. Et ego cæsias, ut Minervam bellatricem. V. Hirquos feciſti nimium carnosos, & sinus humentes. D. Flebat, accusatus a Catone. V. Mandibulæ sunt nimis longæ, & barba densissima ac profusissima: tum pilos dicas setas porcinas. D. Vos sine modo ullo estis loquaces, & argutuli cavillatores. Abite hinc: nam tabulæ non fiet vobis amplius copia. V. Amabò, mi Dureri, dum alios non habes licitatores, sine nos hîc cavillari. D. Quâ mercede? V. Ascribemus ambo hic tibi singula distichia quò tabula fiat vendibilior- D. Nihil opus est meâ arti vestrâ commendatione: Nam periti emptores, picturæ intelligentes non emunt versus, sed artificium. V. Sed nares habet nimium patulas. D. Erat iratus accusatoribus. V. Non videmus valleculam. D. Latet sub barba: ac ne mentum quidem cernitur neque anthereonem. G. Horum omnium feciſti tu compendium beneficio grandis barbæ. V. Collum placet mihi rectum, & musculosum, item juguli. Gratulandum est superis, quod tibi aliquod probatur. V. At ne nihil in hoc quoque desiderem, jugulos non habet satis cavos: quod in Socrate Physiognomo annotatum, tardi esse ingenii signum pronuncias. Armos istos voluissem paulo erectiores & ampliores. D. Non tam erat miles bellator, quàm imperator. Non audiviſti apophthegma hujus? de quo quum

lites quidam dicerent non adeò eum esse valentem militem, ac imperatorem sapientem: is respondit, imperatorem me genuit mater mea, non militem. Sed discedite, si non estis empturi: nam video accedentes quosdam negociatores, publicanos. V. Eamus deambulatum, & inter nos de humano colloquemur corpore sine Scipione ac tabulâ. [illegible]imus nasus non decet generosam faciem. G. Quid bosimus, quales fuerunt Hunni? V. Apagè monstra. G. Silones non sunt minus deformes. Persa aquilos venerabantur, propter Cyrum, quem ferunt eâ fuisse formâ. V. Ancon & campe sunt in brachio, quod in crure poples & genu: lacertus indè usque ad manum, à cujus musculis etiam crura dicuntur lacertosa. G. Nonne is est cubitus, ut apud mensores: V. Est is quidem cubitus, & ancon ipse cubitus. G. Undè ergo ex Rom. Ancus? V. Ab incurvo cubito. G. Manus sequitur, maximum omnium instrumentorum, secta in digitos, pollicem, indicem, medium sive infamem, minimo proximum, minimum. V. Cur medius infamis? quid designavit flagitii? G. Institutor noster dixit se quidem scire causam, nolle tamen edisserere, quod esset turpis. Nè quæsieris igitur: non enim decet bonæ indolis adolescentes turpia scrutari. V. Atqui minimò proximum δακτυλικον Græci appellant, quasi annularem. G. Ita planè, sed in sinistrâ, non in dextrâ: quod in eo soliti essent olim annulos gestare. V. Quâ de causâ? G. Aiunt à corde protendi illuc venam: quæ, cum annulo redimitur, velut cor ipsum coronaturi. Nodi digitorum sunt condyli, & pro pugni percussu vox ea usurpatur: inter nodos sunt internodia, & generali verbo artus atque articuli. Tiberium Cæsarem memoriæ produnt, tam firmis fuisse digitorum articulis, ut digito recens malum terebraret. V. Didicisti chiromantiam? G. Nè nomen quidem ipsum audieram. Quid ita? V. Divinasses hic nobis aliquid ex incisuris. G. Negavi me scire & res sic habet: sed si nunc me nosce aliquid profiterer, & attentius manum tuam contemplarer, libenter me auscultares, & homini eiusce

im-

impoſturæ imperitiſſimo fidem non omnino abro
res. V. Quî ſic? G. Quia id eſt hominum ingen
ut libenter eos audiant, qui ſe recondita vel ever
profitentur enunciaturos. V. Undè ſunt Scævo
G. Quaſi ſcævæ, à ſcæa, quæ eſt ſiniſtra. Aiunt in ſ
fœmineo ſcavas eſſe plures, quam in noſtro. V. C
eſt vola? G. Cavum manus, ubi inciſuræ. V. Quid
volare? G. Id quod tu agis; libenter furari, ſurri
re, quaſi vola abſcondere, & quod rabioſa Lucretia
voſare in oculos pediſſequarum. Reliquum corp
dempto capite, eſt truncus, & ex trunco thorax, c
cavum pectoris uſque ad ventriculum & coſtas; c
cavum quidem interius: nam exterius inter brachi
pectus, ſinus eſt. Sub ventriculo eſt venter, & in v
tre imo pecten, & pudenda. V. Annon pudendus
gis podex, ſive anus? G. Utrumque pudendum: p
ſterius ob turpitudinem; anterius ob flagitium &
decus. Femur & ut olim loquebantur, femen, m
malunt plurativè femina: à genu eſt crus, cujus os
bia dicitur: carnoſum verò illud poſterius, ſura: p
ſtremò pes, manui non abſimilis; nam & digitos hab
& volam, quæ & veſtigium dicitur. Et ſolum ped
V. Quid? num non veſtigium, quod à pede imprim
tur? G. Et illud ipſum, & ſolum pedis. V. Noſtin'
ſint in corpore virtutum ſedes? G. Quæ tande
V. In fronte pudor, in dexterâ fides, in genu miſe
cordia. G. Planta pedis non eſt ipſum ſolum ped
V. At ſic putant multi. G. Atqui Plinius ſcribit
gentem, quæ ſibi umbram faciat in meridie plantâ
dis, quam habent vaſtam admodum atque enorm
Qui fieri idpoteſt? V. Profecto planta eſt, à cruris v
tebrâ ad digitos.

EDUCATIO.

Flexibulus, Grympherantes, Gorgopas.

QUanam gratia miſit te huc ad me pater tuus? G
Dixit te eſſe hominem egregiè inſtitutum,
enter educatum eáque de cauſa gratum huic civi
cupe

cupere se, ut ego eisdem quibus tu, vestigiis insistens, perveniam ad similem favorem populi. E. Quomodo igitur te id assequuturum censes? Gr. Ingenuâ eductione, quali te omnes prædicant esse præditum. Adjecit pater, eam educationem magis decere me, quàm illum quemvis. F. Cedo mi fili, quomodo ea in re venis à patre imbutus? Gr. Non tam me pater præceptis instruxit, quàm patruus quidam meus, vir senex, versatus multum & diu in regum, comitatibus. F. Quid ergo illi te docuerunt, mi fili & amice? Go. Vide vir prudentissime, ne fortè per ignorantiam labaris in dictum aliquod, aut factum stultum vel rusticanum, unde amittas istud nomen optimè educati. F. Quid? tamne leviter apud vos perit? Go. Vel unica oculæ, unico flexu poplitis, unicâ inclinatione capitis. F. Nimis est inter vos delicatum & infirmum, inter nos enim multò est robustius & firmius. Go. Sic sunt nostra judicia, ut nostra corpora, quæ nullam sentiunt offensionem. F. Imò, ut est videre, facilius sentiunt corpora, quàm animi. Go. Fortasse tu non nosti hunc: ideò filium & amicum nominas. F. An non sunt hæc honesta nomina & plena benevolentia? Go. Benevolentiæ credo, quam nos haud magni sanè facimus, sed non reverentiæ, neque officii, quæ nos anxiè amamur: nam hic dominus solet appellitari, non amicus. An non animadvertis domini præfationem ante nomen & famulos versicolores? non annotasti in hujus solennibus parentalibus tot cereos, tot insignia, tot homines atratos? F. Quid ergo affectas tu omnibus esse dominus, nulli amicus? Gr. Ita docuerunt me propinqui mei. F. Edat jam, mi domine, tua excellentia præclara illa tuorum consanguineorum documenta. Go. Videris tu mihi puerum hunc naso suspendere: at non est quilibet: ne feceris. Gr. Primum esse me ex honestissimâ progenie, quæ nulli cedit per universam hanc provinciam: idcirco curandum mihi diligenter, atque adnitendum, ne degenerem à majorum meorum virtute: illos paravisse sibi omnium decus, nemini concedendo de loco, de dignitate,

tate, de autoritate, de appellatione: me idem debere facere. Si quis quid velit de honore detrahere, pugnandum statim cum eo; de pecuniâ oportere esse largum, atque adeò profusum, in honore astrictum & attentum decere nihilominus me, ac mei similes assurgere aliis, viâ cedere, ducere, reducere, nudare caput, poplitem incurvare, non quod alius quispiam id mereatur à me sibi exhiberi, sed quod sic conciliabo mihi favorem hominum, captabo auram popularem, & parabo illum quem tantopere gestamus semper in ore & in corde honorem: in ea educatione situm esse discrimen nobilis, & ignobilis: quod nobilis ad illa omnia dextrè præstanda institutus est, atque assuefactus; ignobilis agresti more nihil illorum doctus est facere. F. Et excellentiæ tuæ, domine, qualis videtur ejusmodi institutio? Gr. Qualis vero? nisi multò optima, & digna meo genere. F. Quid ergo est aliud quod à me requiras? Gr. Nihil planè restaret meâ sententiâ, nisi accessisset voluntas patris, qui justit prorsus seu verius imperavit rigidè, ut ad te venirem: ut si quid in hac educatione nosses magis reconditum, & quasi mysterium sacratius, quo majus mihi decus acquirerem, in gratiam sui ne gravareris exponere, qua familia nostra, alioqui honestissima & celsissima altius ascenderet: quoniam sunt non pauci novi homines, qui freti suâ opulentiâ, nactique dignitates & honores, per divitias emerserunt, adeo ut etiam audeant cum vetustate, & decoribus gentis nostræ contendere. F. Facinus nefandum! Gr. Nonne? Vel cui esset clarum? Gr. Itaque novi illi homines ambulant comitati longo assectatorum ordine, ipsi segmentatis vestibus, vel bombycini villosi intercisi, vel textiles talici, ut nos nihil esse præ illis videamur, qui villosi vestimur, dissimulandæ paupertatis gratiâ. Præmium autem huius tui laboris, si operam hanc navaris pauci erit, recipi te in numerum nostræ familiæ, & admitti ad illius gratiam & meam: ut procedente tempore quod à nobis accipias beneficium, sisque semper in nostrâ clientelâ, & quasi tutela. F. Quid potest dici plus

plius aut optabilius? sed cedo jam, si aperias caput, accedas via & loco, appelles blandè: quam ob causam eris gratus iis quibuscum versabere? Go. Ob eam ipsam causam, quia hæc ago. F. Isthæc omnia exteriora sunt solum ficta, quæ denotant aliquid esse in animo tuo, propter quod diligare: nam ipsa per se nemo diligit. Gr. Quidni diligant omnes, qui sunt honestæ conversationis, in mea præsertim nobilitate? F. Parum admodum es progressus: (quod liceat inter nos dicere) & tu te perveniisse jam arbitraris ad summum. Gr. Nihil necesse habeo parare mihi literas atque eruditionem, majores mei reliquerunt mihi, unde vivam: quod etiamsi desit, non istis est mihi artibus quærendum tam ignobilibus, sed hastæ cuspide, & ense districto. F. Animose isthuc quidem, & fortiter: quasi verò, quia es nobilis, non sis futurus homo. Gr. Bona verba. F. Ecqua tandem parte tui es homo? Gr. Me toto. F. An corpore, quo non differs à belluis? Gr. Minimè. F. Non ergo te toto: ratione igitur & mente. Gr. Quidni? F. Si hanc ergo finis incultam & sylvestrem, excolis autem corpus, & illiüus studes: annon transis ab humana in ferinam conditionem? Sed ad id de quo cœperamus loqui: nam hæc digressio, si vellem mihi indulgere, longissime nos à proposito abduceret. Verum, cum tu cedis de via, & nudas caput, qualem te esse alii existimant? Gr. Nobilem, & generose informatum atque institutum. F. Nimium durus es: nihilnè domi audivisti, de animo, de probitate, de modestia, de moderatione? G. In templo nonnunquam audivi de concionatoribus. F. Cum illa abs te vident occurrentes fieri, judicant te esse adolescentem modestum, probum, bene de ipsis judicantem, de te autem moderatè: quæ ex opinione nascitur benevolentia & favor. Gr. Explicatius id quæso. F. Huc pertinet mea ratio: si te homines existimarent adeo superbum, ut si omnes contemneres præ te, nudare tamen caput, & genu flectere, non quod ipsis is honor debeatur, sed quod te deceat; putas tu ullum fore, qui tibi haberet gratiam, aut te de honoris illâ fallâ simu-

simulatione diligeret? Gr. Quidni? F. Quia i
tibi præstas, & tuâ gratiâ facis, non illorum: e
enim judicabit se devinctum tibi de eo, quod pro te
so feceris, non pro se? an ego honorem eum ve
mihi impensum accipiam, quem tu tribuis opinion
te, non meis meritis? Gr. Ita videtur. F. Ergo p
tur benevolentia, si illi credant sibi honorem illum
ri, non ut tu habearis comior ac nobilior: illud ve
non fier, nisi eam de te induant opinionem, quod
illos esse potiores ducas te, & dignos quibus
concedas. Gr. At non est ita tamen. F. Quantumcu
que hoc sit falsum, in eo tamen necesse est eos fa
alioqui nunquam consequeris quod tantopere expet
Gr. Quæ igitur erit persuadendi via? F. Facilis, m
do animum sedulò advertas. Gr Profer, quæsó; n
eâ de causâ huc sum missus: & eris semper in nos
clientelâ. F. Nimis crudum est hoc pomum. G. Q
tu mussas? F. Dico viam esse unicam, si sis talis, q
lem te credi cupis. Gr. Qui isthuc? F. Si vis aliqu
calfacere, afferne fictum ignem? Gr. Non: sed v
rum. F. Si scindere, an pictum in tela gladium? G
Non: sed ferreum. F. Non est igitur eadem vis rer
verarum, quæ fictarum. Gr. Apparet non esse.
Nec tu idem efficies simulatâ moderatione, quod v
râ: nam falsa ipsa se aliquando produnt, vera semp
sunt eadem. In fictâ moderatione aliquid aliquan
dices, aut facies publicè aut privatim, quum tibi exc
des (neque enim semper te & ubique poteris observa
re) unde fictus deprehendaris, & quantum prius ign
tus diligebare, tantum postea cognitus sis odio, & lo
ge plus. Gr. Quomodo ego mihi ipse indicam germ
nam illam animi moderationem, quam tu præcipi
F. Si persuaseris tibi id quod res habet, alios esse
liores te. G. Meliores vero? ubi tandem? in cœlo, cr
do: nam in terra pares sunt paucissimi, melior nem
Sic audivi sæpe de patre & patruo. F. Multum abd
cit vos à cognitione veri nominum ignorantia. Q
tu vocas bonum? ut sciamus, num sit aliquis te me
or. Gr. Quid ego scio, quid sit bonum? ex bonis c

proge-

progenitum. F. Ignoras etiamnum, quid sit bonum? & jam tenes quid sit melius? quomodo pervenisti ad comparativa, quum nondum positiva didiceris? ipsos autem tuos progenitores quomodo scis fuisse bonos? qua tu id nota cognoscis? Gr. Quid? negas tu fuisse illos bonos? F. Non novi illos, quomodo de illorum bonitate possum aliquid in alterutram partem statuere? quæro modo, qua ratione assequaris tu fuisse illos bonos? Gr. Quia ita omnes prædicant: sed quorsum, rogo te, pertinent tam molestæ interrogationes? F. Non sunt molestæ, sed necessariæ, ut accipias quod ex me scisciteris. Gr. Confer, quæso te, in pauca. F. Multis esset id explicandum, cujus tam crassâ ignorantiâ involveris: sed quando ita es fastidiosus, dicam brevius quam res tanta dici postulat: defige jam oculos tuos in me, dum differo. Qui sunt dicendi eruditi? an non ii qui habent eruditionem? qui opulenti? an non qui habent opes? Gr. Indubiè. F. Qui ergo boni? num non ii demum qui habent bona? Gr. Ii planè. F. Missas nunc divitias faciamus, quæ non sunt vera bona; quæ si essent, multi patre tuo invenirentur meliores: & negociatores, ac fœneratores præstarent bonitate viros bonos & sapientes. Gr. Sic videtur, ut dicis. F. Expende ergo attentè ac diligenter singula eorum quæ referam. An non est bonum acutum ingenium, sagax, maturum judicium, integrum, sanum? tum eruditio varia, & magnarum rerum atque utilium prudentia, exercitatio in rebus præstantibus, consilium, dexteritas in exequendis negociis? quid tu de istis? Gr. Vel sola nomina videntur mihi pulchra profectò, & magnifica: quantò magis res ipsa? F. Age porro: quid sapientia? quid religio? pietas in Deum, in patriam, parentes, necessarios? justitia, temperantia, liberalitas, magnanimitas, contemtus casuum humanorum & fortis animus in adversis? quid vero ista? Gr. Præstantissima etiam hæc. F. Hæc sola sunt hominis bona: nam reliqua omnia quæ commemorari possunt, bonis & malis sunt communia; atque eâ de causâ nec bona, quæso manda sedulò memoriæ. Gr. Faciam. F. Pervelim: nam ingenium tuum non malum est, sed

non bene excultum. Reputa igitur cum animo
an tu hæc habeas, &, si habes, quam pauca, & ea
tenuiter: quod ubi examinaveris acutè ac subti
intelliges tum demum, te non magnis nec multis
bonis ornatum ac instructum, nec esse in populo
pauciora habeat quam tu. Nam in multitudine
sunt senes, qui viderunt atque audierunt multa, ha
experimenta rerum plurimarum: alii studiosi, qu
genium discendo exacuunt, & expoliunt: alii c
sunt rempub. alii lîbenter & diligenter versant sc
tores profuturos: alii sunt seduli patres familias:
alias artes profitentur, & præstant: vel ipsi agric
quam multa ex arcanis naturæ tenent! Nauræ v
cursum dierum & noctium, naturam ventorum, po
terrarum & maris. Alii ex multitudine sunt viri
& religiosi, qui numen piè venerantur, ac colunt:
res prosperas moderatè rexerunt, & fortiter per
runt adversas, quid horum tu nosti? quid exer
quid præstas? nihil omnino præterquam illud, Ne
est melior me, bono sum natus genere. Qui potes
melior, qui nondum es bonus? nec pater tuus, nec
tui, nec proavi fuerunt boni, nisi hæc habuerunt q
recensui: quæ an habuerint; tu videris: ego mult
dubito. Sed si habuerunt, tu certè non eris bonus,
illorum fias similis. G. Planè terruisti & pudefe
me: non invenio quod possim vel hiscere in contr
um. Go. Nihil horum intellexi: tenebras mihi
disti ante oculos. F. Nimirum venis ad hæc nimis
ius, & longè diversis opinionibus infectus & man
tus. Sed tu, adolescens, quo te nunc tandem no
censes appellandum dominum, an mancipium?
Mancipium: nam si ita est ut disseruisti, & inte
nihil esse verius: complures sunt servi multò p
res: ac præstantiores me. F. Hæc ne leviter degu
confer te domum & solus tecum revolve, excute,
pende; quò magis Versaveris, hôc veriora & cer
esse intelliges. G. Obsecro te adjice alia, si qua h
nam momento horæ sentio me adeò immutatum
prorsum videar mihi jam esse alius. F. Utinam
tig

tigerit tibi, quod Polemoni Philosopho? Gr. Quid illi contigit? F. Ura Xenocratis oratione, ex nequissimo & perditissimo factus est sapientiæ ac virtutum omnium studiosissimus, evasitque magni nominis philosophus, & Xenocratis in academia successor. Sed tu, mi fili, ubi apertè cognoveris, quantum tibi ad bonitatem desit, quod aliis multis supereſt, verè & ex animo cedes aliis, & in eis honorabis bonitatem, qua vides illos ornatos, te autem carere. Jam & ex reputatione tui ipsius vilescès tibi; ac sordebis, adeò ut nemini occurras tam abjecto, contemptoque quem non tibi anteponat conscientia tuæ mentis: non enim adduci poteris, ut credas quenquam esse peiorem te, nisi quòd illius malitia & nequitia protulit se foràs, tua delitescit cautius: Gr. Quid tum sequitur? F. Hæc si feceris, veram ipsam solidamque ingenuam educationem, atque urbanitatem seu, ut nunc loquimur, auliciratem assequere, eris gratus & charus omnibus, sed jam id non magnifacies: eris autem, quod unicè tum tibi erit curæ, gratus Deo immortali.

PRÆCEPTA EDUCATIONIS.

Budæus, Grympherantes.

QUænam est isthæc tanta & tam subita mutatio? inter Ovidii Metamorphoses posset referri. G. In pejusne, an in melius? B. In melius, meâ sententia: siquidem ab exteriore cultu, gestu, verbis, actionibus, bonam mentem licet æstimare ac colligere. G. Est ergo quod mihi possis gratulari, sodalis jucundissime. B. Ego verò & gratulor tibi & ut pergas, exhortor, magnaque indies bonæ istius frugis ut capias incrementa, Deum ac divos omnes comprecor. Sed amabo, ne invideas familiari tam charo artem adeo præstantem ac præclaram, quæ brevi tempore tantum humano pectori probitatis instillet. G. Ars & fons rivi hujus uberrimus est Flexibulus, si eum nosti. B. Quis non nôrit virum (ut à patre & majoribus natu audivi) ingentis prudentiæ atque usus rerum, huic civitati non notum

notum modo, sed charum & in paucis venerabile
O te felicem, qui illum propius audiveris, & sis
eo familiariter versatus, unde tantum retuleris fru
ad rectam compositionem morum! G. Quanto tu
licior, cui hæc domi nascuntur, quod aiunt! & po
non semel aut iterum, ut ego, sed quotidie, quotie
huerit, talem patrem audire, maximis & utilissimis
rebus sapienter differentem. B. Omitte nunc ista:
te & Flexibulo procedat sermo institutus. G. Tac
mus igitur de patre tuo, quando ita est tibi cordi: t
deamus ad Felixibulum: nihil viri illius sermone d
cius, nihil consiliis cordatius, nihil præceptis gravi
prudentius, sanctius. Itaque gustu hoc, quem m
ille de se præbuit, aucta & incensa est mihi mirum
modum sitis hauriendi ex tam dulci fonte sap
entiæ. Narrant qui orbem terrarum describu
fontes esse admirabilis ingenii ac naturæ, alios i
briare, alios ebrietatem tollere, alios stuporem i
mittere, alios somnum: fontem hunc, hanc e
vim habere sum expertus, ut ex bruto efficiat h
minem; ex perdito & nequam, frugi; ex homine, a
gelum. B. Possemne & ego ex eodem fonte aliqu
vel extremis labris delibare? G. Quidni possis? d
mum tibi, ubi habitet, commonstrabo. B. Isthuc qu
dem alias: tu vero inter deambulandum (aut, desid
mus, si lubet) aliquot mihi refer ex illius præcep
nibus, quas optimas esse & potissimas censeas. G.
quidem recensebo lubens, cum ut tibi gratificer, & pr
sim, si queam, tum ad meam recordationem. Prim
omnium docuit me, debere unumquemque non mag
fice de se sentire, sed moderatè; seu verius, demis
hoc est optimæ educationis, ac veræ comitatis fo
dum fundamentum ac proprium. Hinc na
operam, ut animum excolat atque exornet cognitio
rerum, scientia, & exercitamentis virtutum: alio
hominem non hominem esse, sed pecus. Rebus fa
intercesse cum maxima attentione & reverentia. Q
quid illic sive audias, sive videas; existimare magn
admirabile, divinum, & quæ captum tuum exuper

Crebro

Crebrò te Christo commendare precibus: in illo spem & fiduciam tuam omnem collocandam. Parentibus obsequentem te præbere, inservire illis, ministrare, & quacunque valeas, commodare, prodesse, adjuvare. Magistrum colere ac diligere tanquam parentem non corporis, sed (quod amplius est) mentis. Ministros Domini revereri, illorumque doctrinæ audientem se exhibere, qui referunt nobis personam apostolorum, atque adeo Domini ipsius. Senibus assurgendum, caput nudandum, attentè illos auscultandum, à quibus ob diuturnum usum rerum collecta sit prudentia. Magistratus honorarè, illisque aliquid imperantibus dicto esse audientem. quibus cura nostri à Deo est commissa. Viros magni ingenii, magnæ eruditionis, probos, suspicere, admirari, colere, bene illis cupere, & amicitiam illorum ac familiaritatem expetere, ex qua magni fructus reportentur, & is potissimum, ut similes eorum evadamus. Denique iis, qui sunt in dignitate, debere reverentiam: idcirco impendendam esse liberaliter, ac libenter. Quid tu de hisce præceptis dicis? B. Mea quidem sententia, deprompta esse ex divite quodam prudentiæ promptuario. Sed dic mihi, an non sunt multi ad dignitatem evecti homines indignissimi, velut sacerdotes non respondentes tanto titulo, & magistratus pravi, & nonnes stulti, ac diliri? Quid, quæso, de his sentiebat Flexibulus? an eodem esse honore prosequendos, quo potiores? G. Non ignorobat Flexibulus, esse tales non raucos, sed non concedebat ætati nostræ, ut nos inter ejusmodi & alios poneremus discrimen, nondum tantum esse nactos nos vel ingenii vel prudentiæ, ut id possemus dijudicare: eam censuram & sapientibus esse visis relinquendam, & iis quibus illorum est regimen commissum. B. Rectè hoc quidem, ut videtur. G. Addebat, non debere adolescentem in nudando capite tenuum esse, non in flectendo genu, non in unoquoque honorificè appellando, non in comi sermone ac moderato. Non decere multum loqui apud majores natu, aut superiores: id enim alienum esse à reverentia illis debita: sed tacitum illos auscultare, & ab eis haurire pru-

prudentiam, cognitionem rerum variarum, rectam
que expeditam loquendi rationem. Brevissima e
scientiam via, audiendi diligentia. Prudentis &
niosi esse, de rebus judicare; uniuscujusque de eo
probè novit: ideoque negabat, ferendum esse a
scentem, ad pronunciandum ac definiendum proch
debere illum in statuendo aut judicando, de re q
tumcunque levi ac exigua, esse cunctabundum, se
tius timidum, conscium videlicet suæ ignorantiæ.
si in judicio de re qualibet, par est adolescentem
talem: quid fiet de literis, de disciplinis, de legibu
triis, de ritibus, de moribus atque institutis major
de quibus non solum sententiam ferre juvenem, sed
disputare, aut vocare in quæstionem sinebat Flexib
non cavillari, non rationem reposcere, sed tacit
modestè obtemperare; quod dictum Platonis auct
tate sulciebat, magni in sapientia viri. B. Quid si
leges aut mores pravi, iniqui, tyrannici? Gr. Ide
de hoc Flexibulus differebat, quod de senibus.
ignoro equidem, aiebat ille, multos esse receptos i
vitate mores parum probabiles; sanctas esse leges;
quas iniquas, sed tu imperitus, inexpertus rerum
quomodo id censebis? nondum eo perveniisti erudi
ne & usu rerum ut de eo possis statuere: forsasse,
tua est ignorantia, vel animi libido, improbas esse
judicabis, quæ sint rectissimæ & magno consilio stat
rursum verò optimas, quas justum esset abrogare,
illos de iis inquirere, disputare, definire, qui ea
queunt de singulis probabilem reddere, tu id non
ses. B. Ita est plane. Perge ad alia. G. Nullum
decentius aut gratiosius adolescenti ornamentum, q
verecundiam: nihil impudentia tetrius, aut invi
Magnum esse ætati nostræ ab ira periculum: ab ea
ad turpes actiones corripi, quarum paulò post gra
mè pœniteat. Multum itaque esse cum illa luctand
quoad omninò prosternatur, ne nos ipsa prosten
Ociosus homo, saxum: malè occupatus, bellua:
occupatus, verè homo. Homines nihil agendo,
agere discunt. Cibum & potum metiendum na
desid

ſiderio famis aut ſitis, non guloſitate aut pecunia li-
dine infarciendi corporis. Quid poteſt dici tetrius,
am hominem ea ingerere in ſuum corpus, edendo
bibendo, quæ exuant illum humana conditione,
ansferant, in belluinam, aut etiam in ſtipitem? Com-
oſitio oris & cuncti corporis, quemadmodum ani-
us ſit intus habitus, loquitur. Sed ex univerſa exte-
iore facie nullum animi ſpeculum aiebat eſſe certius,
am oculos: ideoque convenire illos eſſe ſedatos &
ietos, non elatos, nec dejectos, non mobiles, ſed nec
gentes; faciem ipſam non in torvitatem nec ferociam
ompoſitam, ſed ad hilaritatem atque affabilitatem.
ordes & obſcœnitates abeſſe decet à veſtitu, victu,
onvictu, ſermone. Sermonem noſtrum nec arrogan-
m ac pavidum nec viciſſim abjectum & effœminatum
lebat eſſe: ſimplicem autem, & minimè captioſum
n detortum ad pravas interpretationes, nam id ſi
t nihil erit tutum loqui, & frangitur generoſa lo-
endi indoles ſtultis ac ineptis cavillis. Manus, quum
rba facimus, non jactandas, non caput quatiendum,
n criſpandum latus, non vultum corrugandum &
ſtorquendum, non pedes agitandos. Mendacio nihil
cebat eſſe tetrius, nec aliud æquè abominabatur.
emperantia facit nos belluas, mendacium diabo-
, veritas ſemideos: Tà Dẽo natam eſſe veritatem,
Diabolo mendacium: nec eſt aliud ad vitæ commu-
onem perinde damnoſum. Multo juſtius debere ab
ominum conſortio pelli mendacem, quàm qui eſt fu-
us, aut qui aliquem pulſavit, aut qui adulteravit
mum. Quæ enim eſſe poteſt vel rerum ac nego-
orum contractio, vel conſociatio ſermonum cum eo,
i aliud loquitur, aliud ſentit? cum reliquis vi-
orum generibus eſſe poteſt aliqua, cum hoc nulla.
e ſodalibus & amicitiis adoleſcentum multum ille
quebatur, & accuratè, non exiguum id eſſe mo-
entum ad probitatem, aut flagitia noſtræ ætatis:
nfire ad nos amicorum noſtrorum, & ſodalium
ores tanquam contagio: & tales nos fere fieri,
ales ii ſint quibuſcum verſemur: idcirco eam in

rem

rem magnam esse diligentiam atque operam nav[a]dam. Nec permittebat nobis, ut ipsi amicitias & familiaritates deligeremus: sed ut à parentibus, a[u]magistris, aut educatoribus nostris delectas & t[ra]ditas acciperemus, & coleremus: illos ratione duc[i] in eligendo; nos autem rapi pravâ animi aliquâ cupiditate, vel libidine: quod si quo casu in necessitudines inciderimus inutiles aut noxias à superiore autoritate admonitos, abjicere illas quamprimum oportere. Dicebat ille quidem cum alia permulta magna sanè atque admirabilia, tum hæc ipsa diffusius & exactius. Sed hæc erat propemodum de recta adolescentiæ educatione summa.

FINIS.